TERENC
COMŒ

ROMAE
1472



RENT
MOED
MAE
472





La presente Edizione del solo Testo di Terenzio senza verun Commento (opera dei rinomati Stampatori Corrado Sweynheym, ed Arnoldo Pannartz) è stata lungo tempo incognita ai più accurati, e celebri Bibliografi. Il primo, che ne diede notizia fu l'erudito La Caille nella sua Histoire de la Librerie pag. 17, ma non trovò fede appresso gli altri Bibliografi, i quali anzi non avendo ritrovata una tal Edizione malgrado le più diligenti ricerche, lo trattarono poco meno che da impostore.

Il P. de l' Aire nel suo Specimen historicum Typographiae Romanae, pag. 181. riferendo un' Edizione Romana di Terenzio dell' anno 1472 col Commento di Donato così scrive rapporto alla notizia data dal la Caille intorno alla presente Edizione = Si fides foret habenda la Caille hujus anni adhuc aliam Editionem Terentii absque Commentariis apud eosdem Artifices excusam haberemus, sed ipsius testimonium confirmatione indiget =


Siamo debitori della conferma bramata dal P. de l' Aire al celebre P. Audifredi, il quale fa precisa testimonianza dell' esistenza della suddetta non creduta Edizione nel suo Catalogus historico-criticus Romanarum Editionum Saeculi XV. pag. 99; soggiungendo però d' averne trovato in Roma un solo esemplare nella Biblioteca di Casa Albani,[1] il quale viene da lui citato in prova dell' assertiva di la Caille, a cui non era stata prestata fede, ivi = Optimum ejus exemplar extat in Bibliotheca Principis Albani, et Callii testimonium, quod confirmatione egere scribit P. de l' Aire, ex eo mirifice confirmatur =

Se al solo la Caille fu nota la presente Edizione del solo Testo

[1] oggi nella Biblioteca nazionale di francia.

di Deremio, e quando egli l'annunziò agli altri Bibliog[illegible]
non credettero questi ad una assertiva resa sospetta dall'im[illegible]
lità delle più diligenti ricerche; se l'erudito, ed accurat[illegible]
Audifredi potè provarne l'esistenza con un solo esemplare, [illegible]
si conserva nella Biblioteca di Casa Albani: conviene di[illegible]
necessariamente, che il presente esemplare sia cosa di [illegible]
mmo pregio, ed uno de' più rari monumenti dell'arte tipo[illegible]
fica del secolo XV.

Bibliogr
dall' im
accurat
templare,
mvien
cosa d'
arte tipo






Terentius Apher genere: Ciuis uero Carthaginensis fuit.

R Euertente autem Scipione Romam deuicta Carthagine: & interfecto Hanibale Terentius non ligatis manibus illius cum aliis captiuis ducebatur: Sed currum eius sequebat pileatus Consuetudo enim erat: ut illi qui libertate donabantur: currum principis pileati sequerent. Et qa iste tam nobilitate: q̃ sapientia pollebat: ac libertate donatus est: Veniens uero Româ dû per aliquantulû tempus ibi moraretur: & uideret populû ad theatrum concurrere composuit fabulas quasdam ut & populo placeret & eorû fauorê sibi conciliaret. Sed multo aliter q̃ sperauit euenit. Nam ex his multos etiam inimicos contra se habuit. Qui autem putât fabulas ipsius non constare metrica arte: pessime opinantur. Quoniam Priscianus: & alii autores in suis uoluminibus hoc demôstrant quo genere metra constent. Ipse nanq; Terentius in prologo prime fabule poetam se nominat dicens. Poeta cum primû etc. Côstant enim carmina ipsius iambico metro. Recitator uero istarum fabularum non ipse extitit. Sed Caliopius quidam clarissimus ac sapientissimus uir cuius ope & sustentatione: ac familiaritate ipse utebatur? Quo tali uiro recitante maiorem eius fabule captarent fauorem. Fabula prima Andria uocatur. Eo qp quedam femina nomine Crisis ab Andro insula grecie Athenas uenerat cum qua Glycerium: que & Passibula uocabatur uenit.

Argumentum.

ORto bello Athenis Chremes quidam senex propter seditionê relinquês Ciuitatem ipsam ad alia loca transmigrauit: ducens secum filiam suâ maiorem Philomenam. Post aliquâtulum uero temporis Phania frater eius accepit illius filiam minorem neptem uidelicet suam que uocabatur Passibula. postmodum uocata est Glycerium & perrexit post ipsum in Asiam. Quo cum pergeret naui fracta uenit ad Andrum insulam grecorum: & ibi receptus est a patre Crisidis hospitio. Qui cum ibi morarec morte pŭentus est. Post aliquot uero dies mortuus est pater Crisidis: & remanserunt sole Crisis: & Glycerium. Coacte uero egestate & inopia deuenerunt Athenas: & ibi ceperunt uiuere. Chremes uero iam

reuersus fuerat Athenas cum filia sua maiore Philomena. In hac Ciuitate erat quidam senex nomine Symo qui habebat filium nomine Pamphilum: qui habebat filiam desponsatam Chremetis Philomenam: qui pergens domum illarum cum aliis sodalibus suis captus est amore Glycerii. Quod uidēs pater illius Symo nimiū triste tulit: Et simulabat se nuptias celebrare: quatenus probaret quid in animo haberet: Vtrum uellet ducere uxorem quam ha/bebat desponsatam: An illam Glycerium: quam temere amabat. Nam ignorabatur ab omnibus ꝙ ipsa Glyceriū esset filia Chre/metis: quia quando Chremes eam reliquit ipsa parua erat: & ideo non agnoscebatur. Dum aūt multa esset contentio inter Simonē: & Chremetem de nuptiis. Venit quidam senex Crito nomine ab Andria insula grecorum: & denarrauit qualiter Glycerium filia esset Chremetis: & qualiter predicta res gesta esset. Hoc audiētes gauisi sunt ualde. Et Glycerium quam diligebat Pamphilus illi dederunt. Alteram uero Philomenā: quā desponsauerat dederūt Carino sodali eius.

¶ Terentii Aphri poete Comici Epitaphium.

Natus in excelsis tectis Carthaginis altae:
Romanis ducibus bellica preda fui.
Descripsi mores hominum iuuenūq; senumq;
Qualiter & serui decipiant dominos.
Quid meretrix: quid leno dolis confingat auarus:
Hec quicunq; leget sic puto cautus erit.

¶ Argumentum Andrie.

Sororem falso creditā meretricule genere Andrie Glyceriū uitiat Pamphilus. grauidaq; facta: dat fidem uxorem sibi fore hanc. Nam aliam pater ei desponderat gnatam Chremetis. Atq; ut amorem comperit: simulat futuras nnptias: cupiens quid haberet suus animi filius cognoscere. Daui suasu non repugnat Pamphilus. Sed ex Glycerio natum ut uidit puerum Chremes: recusat nuptias. generū abdicat. Mox filiam Glyceriū insperato agnitam hanc Pamphilo dat: Aliam Carino coniugem.

¶ Prologus.

Poeta cum primum animum ad scribendū appulit: Id sibi negotii credidit solū dari: populo ut placerent quas fecisset

fabulas. Verum aliter euenire multo intelligit. Nam in prologis scribendis opera abutitur. Non qui argumentum narret: sed qui maliuoli: & ueteris poete maledictis respondeat. Nunc quam rem uitio dent: queso animaduertite. Menander fecit Andriam: et Pyrinthiam qui utramuis recte nouit: ambas nouerit. Non ita dissimili argumento: sed tantum dissimili oratione sunt facte: ac stilo. Que cõuenere in Andriam: ex Pyrinthia fatet' transtulisse: atq; usum pro suis. Id isti uituperant factum: atq; in eo disputãt: contaminari non decere fabulas. faciunt ne intelligendo ut nihil intelligant. Qui cum hunc accusant: Neuium Plautum: Ennium accusãt: quos hic noster autores habet: quorum emulari exoptat negligentiam potiusq̃ istorum obscuram diligentiam. Dehinc ut quiescant porro moneo: & desinant maledicere. malefacta ne noscant sua. Fauete. adeste equo animo: & rem cognoscite. ut per/noscatis quid spei sit reliquum. Posthac quas faciet deintegro comedias expectande: an exigende uobis prius sint.

¶ Simo. Sosia libertus.

Vos istec intro auferte: abite. Sosia ades dũ paucis te uolo. So. Dictum puta. nempe ut curent' recte hec. Si. Immo aliud. So: Quid est qđ mea ars efficere hoc possit ãplius? Si. Nihil istac opus est arte ad hanc rem quam paro: Sed his q̃s semper intellexi sitas in te fide & taciturnitate. So. Expecto quid uelis. Si. Ego postq̃ Sosia emi te a paruulo ut semper tibi apud me iusta & clemens fuerit seruitus: scis. feci ex seruo ut esses libertus mihi propterea q̃ seruiebas liberaliter. Quod summum precium habui: persolui tibi. So. In memoriam habeo. Si. haud muto factum. So. Gaudeo si tibi qd feci aut facio quod placeat Simo: & id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam. Sed hoc mihi molestũ est. Nam istec cõmemoratio quasi exprobatio est immemoris beneficii: quin tu uno uerbo dic quid est qđ me uelis. Si. Ita faciam. hoc primum in hac re predico tibi. Quas credis esse has: nõ sunt uere nuptie. So. Cur simulas igitur. Si. Rem omnẽ a principio audies. eo pacto: & gnati uitam & consilium meum cognosces: & quid facere in hac re te uelim. Nã is postq̃ excessit ex ephebis Sosia liberius uiuendi fuit potestas. Nam antea: quid scire posses: aut ingenium noscere: dum etas: metus: magister: pro/hibebant. So. Ita est. Si. Quod pleriq; oẽs faciũt adolescentuli: ut animum ad aliquod studium adiungant: aut equos alere: aut

canes ad uenandum: aut ire ad philosophos: horum ille nihil egregie preter cetera studebat: & tamen omnia hec mediocriter: gaudebã. So. Non iniuria: Nam id arbitror apprime utile esse in uita ut ne quid nimis. Si. Sic uita erat: facile omnes perferre ac pati cum quibus erat. Cumq; his una sese dedere: & eorum obsequi studiis aduersus nemini: nunq̃ preponens se illis. Ita ut facillime sine inuidia laudẽ inuenias: & amicos pares. So. Sapiẽter uitã instituit. Nanq; hoc tempore obsequium amicos: Veritas odium parit. Si. Interea mulier quedam ab hinc triennium ex Andro cõmigrauit huic uicine: inopia & cognatorum neglegentia coacta: egregia forma: atq; etate integra. So. Hei uereor neqd Andria apportet mali. Si. Primum hec pudice uitam parce ac duriter agebat: lana & tela uictum queritans. Sed postq̃ amans accessit preciũ pollicẽs unus & item alter: ita ut ingenium est omnium hominũ a labore procliue ad libidinem accepit conditionem. dehinc questũ occepit. Qui tum illam amabant forte ita ut fit filiũ perduxere illuc secũ ut una esset meum. Egomet continuo mecum: certe captus est: habet: obseruabam mane illorum seruulos uenientes: aut abeũtes. rogitabam: heus puer. Quis dic sodes: Quis heri Crisidem habuit. Nam Andria id illi erat nomen. So. Teneo. Si. Phedriam aut Cliniam dicebant: aut Niceratũ. Nam hi tres tum simul amabãt. eho quid Pamphilus? Quid? simbolum dedit: cenauit. gaudebam. Item alio die querebam: comperiebam nihil ad Pamphilum quicq̃ attinere. enimuero expectatum satis putabam & magnum exemplum continentie. Nam qui cum ingeniis conflictat huiusmodi neq; commouetur animus in ea re: tum scias posse habere ipsum iam sue uite modum. Tum id mihi placebat. tum uno ore omnes omnia bona dicere: & laudare fortunas meas qui gnatum haberem tali ingenio preditum. Quid uerbis opus est: hac fama impulsus Chremes ultro ad me uenit. obsecrans unicam gnatam suam cum dote summa filio uxorem ut daret. placuit: despondi: hic nuptiis dictus est dies. So. Quid igitũ obstat cur nõ uere fiant? Si. Audies. Fere in diebus paucis qbus hec acta sunt: Crisis uicina hec moritũ. So. O factum bene beasti me. hey. metui a Criside. Si. Ibi tum filius cum illis qui amabãt Crisidem una frequens aderat: Curabat una funus: Tristis erat interim: nonnunq̃ conlachrimabat: placuit id tum mihi. sic cogitabam. Hic parue consuetudinis causa mortẽ huius tam familiariter fert: qd si ipse amasset? qd hic mihi faceret

patri? Hec ego esse putabam omnia humani ingenii mansuetiq;
animi officia. Quid multis moror? egomet quoq; eius causa in fu/
nus prodeo nil suspicans mali. So. Hem quid est? Si. Scies. efferẽ
funus. Imus. Interea inter mulieres que ibi aderant forte unam
aspicio adolescentulam: forma. So. Bona fortasse? Si. Et uultu
Sosia adeo modesto: adeo uenusto ut nihil supra: que mihi tunc
lamentari pre ceteris uisa est: & qa erat forma pre ceteris honesta
ac liberali: accedo ad pedissequas: que sit rogo? Sororem esse aiũt
Crisidis: percussit illico animum. at. at. hoc illud est: hinc ille la/
chryme: hec illa est misericordia. So. q̃ timeo quorsum euadas?
Si. Funus interim procedit. sequimur. Ad sepulchrum uenimus:
in igne posita est: defletur. Interea hec soror quam dixi: ad flãmã
accessit impudẽtius satis cum periculo. Ibi tum exanimatus Pam/
philus bene & dissimulatum amorem & celatum indicat. accurrit:
mediam mulierem amplectitur: Mea Glycerium inquit qd agis.
Cur te is perditum. Tum illa ut consuetum amorem facile cerne/
res. reiecit se in eum flens q̃ familiariter. So. Quid ais. Si. Redeo
inde iratus: atq; egre ferens. Nec satis ad obiurgãdum cause. Di/
ceret. quid feci: aut quid commerui: aut quid peccaui pater. Que
sese uoluit in ignem immiscere: prohibui: seruaui. honesta est ratio
So. Recte putas. Nam si illum obiurges uite qui auxiliũ attulit:
quid facies illi qui dederit damnũ aut malum. Si. Venit Chremes
postridie ad me clamitans: Indignũ facinus cõperisse se Pamphilũ
pro uxore habere hãc pegrinã. Ego id sedulo negare factũ. Ille
ĩstabat factũ. denique ita discedo tũ ab illo. ut q se filiã neget daturũ
So. Non tu ibi gnatũ. Si. Nec erat quidem satis uehemens causa
ad obiurgandum. So. Qui dic cedo. Si. Diceret: tu teipse his re/
bus finem prescripsisti pater. Prope est. cũ alieno more uiuendũ
est mihi. Sine nunc me meo interea uiuere modo. So. Quis igitẽ
relictus est obiurgandi locus. Si. Si propter amorem uxorem
nolit ducere. Ea primum animaduertenda est ab illo iniuria: &
nunc ad id operam do ut per falsas nuptias uera obiurgandi causa
sit. Si deneget. Simul sceleratus Dauus si quid consilii habet ut
consumat nunc cum nihil obsint doli. Quem ego credo manibus &
pedibus obnixe omnia facturũ. magis id adeo mihi ut incõmodet:
q̃ ut obsequatur gnato. So. Quapropter? Si. Rogas. mala mens:
malusq; animus: quem quidem ego si sensero. Sed quid opus est
uerbis? sine eueniet qđ uolo in Pamphilo: ut nihil sit more restat

Chremes qui mihi exorandus est: & spero confore. Nunc tuum est officium has bene ut assimules nuptias. perterrere facias Dauū: Obserues filium quid agat quid cum illo consilii captet. So. Sat est. curabo. eamus iam nunc intro. Si. I pre: sequar.

Simo. Dauus seruus.

Non dubium est quin uxorem nolit filius. Ita Dauum timere modo sēsi ubi nuptias futura esse audiuit: sed ipse exit foras. Da. Mirabar hoc si sic abiret: & heri semp lenitas uerebar quorsū euaderet. qui postq̄ audierat non datum iri uxorem filio suo: nunq̄ cuiq̄ nostrum uerbum fecit: neq; id egre tulit. Si. At nunc faciet: neq; ut opinor: sine tuo magno malo. Da. Id uoluit: nos sic nec opinantes duci falso gaudio: sperantes iam amoto metu inter oscitantes opprimi posse. ne esset nobis spacium cogitandi ad dis/turbandas nuptias. astute. Si. Que loquitur carnifex. Da. Herus est: neq; preuideram. Si. Daue? Da. Hem. quid est? Si. Eodum ad me. Da. Quid hic uult? Si. Quid agis. Da. Qua de re? Si. Rogas meum gnatum rumor est amare? Da. Id curat populus scilicet. Si Hoccine agis an non? Da. Ego uero istuc. Si. Sed nunc ea me exquirere iniqui patris est. nam quod ante hac fecit nihil ad me attinet: dum tempus ad eam rem tulit: animum siui ut expleret suum. nūc hic dies aliam uitā affert. alios mores postulat. dehinc postulo: & si equū est: te oro Daue: ut redeat iam in uiā. Da. Hoc quid sit nescio. Si. Hoc quid sit. Omnes qui amant sibi grauiter dari uxorem ferunt. Da. Ita aiunt. Si. Tum si quis ma/gistrum cepit ad eam rem improbum. ipsum animum egrotum ad deteriorem plerunq; partem applicat. Da. Non hercle intelligo? Si. Non. hem. Da. Non Dauus sum: non Edippus. Si. Nempe ergo aperte uis que restant me loqui. Da. Sane quidem. Si. Si sensero hodie te quicquā in his nuptiis fallacie conari quo minus fiant: aut uelle in ea re te ostendi q̄ sis callidus. uerberibus cesum te in pristinum Daue dedam usq; ad necem: ea lege: atq; omine: ut si te inde exemerim ego pro te molam. Quid hoc intellexistin? an nondum etiam ne hoc quidem? Da. Immo callide: ita aperte ipsā rem modo locutus: nihil circuitiōe usus es. Si. Vbi uis facilius passus sim: q̄ in hac re me deludier. Da. Bona uerba queso. Si. Irrides? nihil me fallis. sed dico tibi ne temere facias. neq; tu hoc dicas tibi non predictum. caue.

Dauus.

Nimuero Daue nihil loci est segnitie: seu secordie quātum intellexi modo senis sententiam de nuptiis que si non astu prouidentur me: aut herum pessundabunt. Nec quid agam certū est: Pamphilū ne adiutem: aut auscultem seni. Si illum relinquo? eius uite timeo. sin opitulor? huius minas: cui uerba dare difficile est. Primum iam de amore comperit. hoc me infensus seruat: ne quam faciam in nuptiis fallaciam. Si senserit. perii. Aut si libitum fuerit. causam ceperit: quo iure: quaq; iniuria precipitem me in pistrinum dabit. Ad hec mala hoc mihi accidit etiam hec Andria: siue amica: siue uxor grauida e Pamphilo est: Andrieq; eorum opere precium est audaciam. Nam inceptio est amentium haud amantium: quicquid peperisset decreuerunt tollere. Et fingunt inter se quandam nunc fallaciam: Ciuem atthicā esse hanc. Fuit olim quidam senex mercator. nauem is fregit apud Andrū insulā. Is obiit mortem. Ibi tunc hanc eiectam Crisidis patrem recepisse orbam paruam. fabule sunt. mihi quidem hercle non fit uerisimile. atq; ipsis commentum placet. Sed Misis ab ea egreditur. at ego hinc me ad forum ut conueniam Pamphilum: ne de hac re pater imprudentem opprimat.

Misis.

Vdiui Archilis iamdudum Lesbiam adduci iubes. sane pol illa temulenta est mulier & temeraria: nec satis digna cui committas primo partu mulierem. tamen eam adducam. impor/tunitatem spectate anicule obsecro. quia compotrix eius est: dii date potestatem huic obsecro pariundi: atq; illi in aliis potius peccandi locum. Sed quidnam Pamphilum exanimatum uideo? uereor qd siet. operiar? ut sciam nūc quidnam hec turba tristitie afferat.

Pamphilus. Misis.

Occine est factum humanum: aut inceptum. hoccine est officium patris? Mi. Quid istuc est. Pamphilus. Proh deum fidem atq; hominum: quid est si hec contumelia non est. uxorem decreuerat dare sese mihi hodie. nonne oportuit me prescisse ante? nonne prius communicatum oportuit. Misis. Miseram me quod uerbum audio. Pamphilus. Quid Chremes: qui denegauerat se commissurum mihi gnatam suam uxorem: id mutauit: quoniam? me modo immutatum uidet. ita ne obstinate operam dat: ut me a

Glycerio miserum abstrahat. Quod si fit: pereo funditus: adeon
hominem esse inuenustum. aut infelicem quenq̄ ut ego sum. prob
deum atq; hominū fidem: nullon ego Chremetis pacto affinitatē
effugere potero. quot modis contemptus spretus. Facta transacta
sunt omnia. hem repudiatus repetor quamobrem. nisi idem quod
suspicor. aliqd monstri alunt. & ea quoniā nemini obtrudi potest.
Itur ad me. Misis. Oratio hec me miseram exanimauit metu.
Pamphilus. Nam quid ego nunc dicam de patre? ah tantam ne
rem tam negligenter agere. Preteriens mihi modo apud forum:
uxor tibi ducenda est: Pamphile hodie inquit. para. abi domum:
id mihi uisus est dicere. abi cito & suspende te. obstupui. censen.
me uerbum potuisse ullum proloqui: aut ullam causam ineptam
saltem falsam iniquam? obmutui. quod si ego rescissem prius id.
quid facerem: si quis nunc me roget. aliquid facerem. ut ego hoc
ne facerem. Sed nunc quid primum exequar. tot me impediunt
cure que meum animum diuorse trahunt. amor. misericordia
huius. nuptiarum solicitudo. tum patris pudor: qui me tam leni
passus est animo usq; adhuc que meo cumq; animo libitum est
facere: ei ne ego ut aduerser? hei mihi: incertum est quid agam?
Misis. Me miseram timeo incertum hoc quorsum accedat: Sed
nunc popus est aut hunc cum illa: aut me aliquid de illa aduersus
hunc loqui. Dum in dubio est animus paulo momento huc: uel
illuc impellitur. Pamphilus. Quis hic loquitur. Misis salue. Misis.
O salue Pamphile. Pamphilus. Quid agitur. Mi. Rogas laborat
pre dolore: atq; ex hoc misera solicita est: diem quia olim in hunc
sunt constitute nuptie. Tum autem hoc timet: ne deseras se.
Pamphilus. Hem: ego ne istuc conari queam. egon propter me
illam decipi miseram sinam que mihi animum suum atq; uitam
credidit omnem quam ego in animo egregie charam pro uxore
habuerim: bene & pudice eius doctū atq; educatum sinam coactū
egestate immutarier ingenium: non faciam. Misis. Haud uereor
si in te solo sit situm: sed uim ut queas ferre. Pamphilus. Adeon
me ignauum putas. adeon porro ingratum: aut inhumanum: aut
ferum: ut neq; me consuetudo: neq; amor: neq; pudor cōmoueat.
ut seruem fidem. Mi. Vnum hoc scio: hanc meritā esse ut memor
esses sui. Pamphilus. Memor essem. O Misis: Misis: etiam nunc
mihi scripta sunt in animo illa dicta Crisidis de Glycerio. iam
ferme moriens me uocat: accessi: uos semote: nos soli incipit. mi

Pamphile huius formam atq; etatem uides. Nec clam te est q̄ illi nunc utreq; res inutiles & ad pudicitiam: & ad rem tutandā sient: quod ego per hanc dexteram oro: & ingenium tuum: & per tuam fidem: per q; huius solicitudinem te obtestor. ne abs te hanc segreges: neu deseras: si te in germani fratris dilexi loco: siue hec te solum semper fecit maximi: siue tibi morigera fuit in omnibus. te isti uirum do. amicum: tutorem: patrem nostra bona hec tibi cōmitto: & tue mādo fidei hanc mihi in manum dat. mors continuo ipsam occupat. accepi. acceptam seruabo. Misis. Ita spero eqdem. Pamphilus. Nisi mors adimat hanc mihi nemo. Sed cur tu abis ab illa? Misis. Obstetricem accerso. Pamphilus. Propera: atq; audin uerbum unum. Caue de nuptiis? ne ad morbum hoc etiam. Misis. Teneo.

Carinus. Birria. Pamphilus.

Vid ais Birria: datur ne illa Pamphilo hodie nuptum? Bir. Sic est. Ca. Quid scis? Bir. Apud forū modo e Dauo audiui. Ca. Ve misero mihi ut animus in spe atq; in timore usq; antehac attentus fuit. Ita postq̄ adempta spes est: lassus cura confectus stupet. Bir. Queso edepol Carine quando non potest fieri quod uis: id uelis quod possis. Ca. Nihil uolo aliud: nisi Philomenam. Bir. Ha q̄ satius est te id dare operam: qui istū amorem ex animo moueas tuo: q̄ id loqui: quo magis libido frustra incendatur tua. Ca. Facile omnes cum ualemus recta consilia egrotis damus: tu si hic sies: aliter sentias. Bir. Age age ut lubet. Ca. Sed Pamphilū uideo. omnia experiri certum est: priusq̄ peream. Bir. Quid hic ait. Ca. Ipsum nunc orabo: huic supplicabo amorem huic narrabo meum. Credo impetrabo ut aliquot saltem nuptiis dies protrahat. Interea fiet aliquid spero. Bir. Id aliquid nihil est. Ca. O Birria quid tibi uidetur: adeon ad eum. Bir. Quid nisi nihil impetres: ut te arbitretur sibi paratum mecchum si illam duxerit. Ca. Abi hinc in malam rem cum suspitione istac scelus. Pam. Carinum uideo. salue. Ca. Salue Pamphile. ad te uenio: spem: salutem: auxilium: consilium expetens. Pam. Neq; pol consilii locum habeo: neq; copiam auxilii. sed istud quidnam est. Ca. hodie uxorem ducis. Pam. Ita aiunt. Ca. Pamphile si id facis hodie postremum me uides. Pam. Quid ita. Ca. Hei mihi uereor dicere: huic dic queso Birria. Bir. Ego dicam. Pam. Quid est. Bir. Sponsam hic tuam

amat. Pam. ne iste haud mecum sentit. eodum dic mihi nunq̃ nam
amplius tibi cum illa fuit Carine? Ca. Ha Pamphile: nihil. Pam.
Quam uellem. Ca. Nūc te per amicitiam & per amorem obsecro
principio. ne ducas. Pam. Dabo operam equidem. Ca. Sed si id
non potes: aut tibi nuptie he sunt cordi. Pam. Cordi. Ca. Saltem
aliquot dies ꝓfer dum proficiscor aliquo ne uideam. Pamphilus.
Audi nunc iam ego Carine ne utiq̃ officium liberi esse hominis
puto: Cum is nihil promereat postulare: apponi id gratie sibi
nuptias fugere ego istas malo: q̃ adipiscier. Carinus. Reddidisti
animum. Pamphilus. Nunc siquid potes aut tu: aut hic Birria.
facite: fingite: inuenite: efficite: qui detur isti ego id agam. mihi
qui non detur. Ca. Sat habeo. Pam. Dauum optime uideo: cuius
consilio fretus sum. Ca. At tu hercle haud quicq̃ mihi consulis
nisi ea que minime opus sunt scire. fugin hinc. Birria. Ego uero
ac lubens.

Dauus. Carinus. Pamphilus.

Ii boni quid boni porto. sed ubi inueniam Pamphilum ut
metum in quo nūc est adimam atq; expleam: animū gaudio:
Ca. Letus est nescio quid. Pam. Nihil est nondum hec resciuit
mala. Quem ego nunc credo si iam audierit sibi paratas nuptias
Ca. Audin tu illum? Da. Toto me oppido exanimatum querere:
sed ubi queram: aut quo nūc primū intendam? Ca. Cessas alloqui.
Da. Abeo. Pam. Daue ades: resiste. Da. Quis homo est qui uocat
me? O Pamphile te ipsum quero. euge Carine ambo oportune
uos uolo. Pam. Daue. perii. Da. Quin tu hoc audi. Pam. Interii.
Da. Quid timeas scio. Ca. Mea quidem hercle in dubio est uita.
Da. Et quid tus scio. Pam. Nuptie mihi. Da. Et hoc scio. Pam.
Hodie. Da. Obtundis tam & si intelligo. id paues ne ducas tu
illam. tu autem ut ducas. Ca. Rem tenes. Pamphilus. Istuc ipsum
Dauus. Atq; istuc ipsum nihil periculi est. me uide Pamphilus.
Obsecro te q̃primū me libera miserum metu. Dauus. Hem libero.
uxorem non dat tibi Chremes. Pamphilus. Qui scis. Dauus. Scio.
tuus pater modo me apprehendit. ait tibi uxorem dare sese
hodie. Item alia multa: que nunc non est narrandi locus continuo
ad te properans percurro ad forum ut dicam tibi hec. ubi te non
inuenio ibi ascendo in quendam excelsum locum. circumspicio
nusq̃. ibi forte huius uideo Birriam. rogo. negat uidisse se mihi

moleſtum eſt quid agam cogito. Redeunt interea ex ipſa re mihi
incidit ſuſpitio. Pamphiluſ. Sic hem. Dauuſ. Audi paululum
obſonii ipſuſ triſtiſ de improuiſo nuptie nõ coherent. Pamphiluſ.
Quorſum nam iſtuc? Dauuſ. Ego me continuo ad Chremetem
cum illo aduenio ſolitudo erat ante hoſtium: iam id gaudeo. Ca.
Recte dicis. Pamphiluſ. Perge perge. Dauuſ. Maneo interea
neminem introire uideo: exire neminem: matronam nullam iam
in edibuſ nil ornati: nihil tumulti: acceſſi intro: aſpexi. Pamphiluſ.
Scio magnum ſignum. Dauuſ. Num uidetur hec conuenire
nuptiiſ? Pamphiluſ. Non opinor Daue. Dauuſ. Opinor narraſ.
non recte accipiſ. certa reſ eſt etiam puerum inde abienſ conueni
Chremetiſ olera & piſciculoſ minutoſ ferre obolo in cenam ſeni.
Pamphiluſ. Liberatuſ ſum hodie Daue tua opera. Dauuſ. Ac
nulluſ quidem. Carinuſ. Quid ita? nempe huic prorſuſ illam non
dat. Dauuſ. Ridiculum caput. quaſi neceſſe ſit huic ſi non dat: te
illam uxorem ducere niſi uideſ: niſi ſeniſ amicoſ. oraſ: ambiſ. Ca.
Bene moneſ. Ibo tametſi hercle ſepe iam me ſpeſ hec fruſtrata
eſt. Vale. Pamphiluſ. Quid igitur Daue ſibi uult pater? cur ſi/
mulat? Dauuſ. Ego dicam tibi: ſi iſ ſuccenſeat nunc. quia non
det tibi uxorem Chremeſ. ipſuſ ſibi uideatur eſſe iniuriuſ. neq; id
iniuria priuſ q̃ tuum animum ut ſeſe habeat ad nuptiaſ pſpexerit.
Sed ſi tu negariſ ducere: tibi culpam omnem in te tranſferet: tum
ille turbe fient. Pamphiluſ. Quid uiſ patiar? Dauuſ. Pater eſt
Pamphile: difficile eſt. tum hec ſola eſt mulier: dictum ac factum
inuenerit aliquam cauſam quamobrem eiciat oppido. Pamphiluſ.
Eiciat. Dauuſ. Cito. Pamphiluſ. Cedo igitur quid faciam Daue?
Dauuſ. Dic te ducturum. Pamphiluſ. Hem. Dauuſ. Quid eſt?
Pamphiluſ. Ego ne dicam. Dauuſ. Cur non? Pamphiluſ. nunq̃
faciam. Dauuſ. Nec nega. Pamphiluſ. Suadere noli. Dauuſ. Ex
ea re quid fiat uide. Pamphiluſ. Vt ab illa excludar. hac con/
cludar. Dauuſ. Non ita eſt. nempe hoc ſic eſſe opinor dicturum
patrem: ducaſ uolo hodie uxorem. Tu ducam inquieſ. cedo quid
iurgabit tecum. Hic reddeſ omnia que nunc ſunt certa ei conſilia:
incerta ut fient ſine omni periculo. Nam hoc haud dubium eſt
quin Chremeſ tibi non det gnatam. nec tu ea cauſa minueriſ hec
que faciſ. ne iſ ſuam mutet ſententiam. patri dic te uelle. ut cum
uelit tibi iure iraſci non queat. Nam quod tu ſperaſ propulſabo

facile. Vxorem his moribus nemo dabit. Inueniet inopem potius: q̄ te corrūpi sinat. Sed si te equo animo ferre accipiet negligentē feceris alia ociosus queret: Interea aliquid acciderit boni. Pam. Itan credis? Dauus. Haud dubium id quidem est. Pamphilus. Vide quo me inducas. Dauus. Quin taces? Pamphilus. Dicam. puerum autem ne resciscat mihi ex illa cautio est. Nam pollicitus sum suscepturum. Dauus. O facinus audax. Pamphilus. Hanc fidem sibi me obsecrauit qui me sciret non deserturum ut darem. Dauus. Curabitur. sed pater adest. caue ne te tristem sentiat esse.

Simo. Dauus. Pamphilus.

Euiso quid agant: aut quid captent consilii. Dauus. Hic non dubitat quin te dicturum negesuenit meditatus aliunde ex solo loco orationem sperat inuenisse se: qua differat te proin tu fac apud te ut sies. Pamphilus. Modo ut possim Daue. Dauus. Crede inq̄ hoc mihi Pamphile nunq̄ hodie tecum patrem commutaturum unum uerbum esse: si te dicis ducere.

Birria. Simo Pamphilus. Dauus.

Erus me relictis rebus iussit Pamphilum hodie obseruare ut quid ageret scirem: id: propterea hunc nūc uenientē sequor ipsum adeo presto uideo cum Dauo: hoc agam: Simo. Vtrunq; adesse uideo. Dauus. Hem serua. Simo. Pamphile. Dauus. Quasi de improuiso respice ad eum. Pamphilus. Hem pater. Dauus. Probe. Simo. Vxorem hodie ducas: ut dixi uolo. Birria. Nunc nostre parti timeo quid hic respondeat. Pamphilus. Neq; istic neq; alibi tibi erit in me usq̄ mora. Birria. Hem. Pamphilus. obmutuit. Birria. Quid dixit? Simo. Facis ut te decet cum istuc quod postulo impetro cum gratia. Dauus. Sum uerus? Birria. Herus quantum audio ab uxore excidit. Simo. I tunc iam intro ne in mora quom opus sit sies. Pamphilus. Eo. Birria. Nullam ne in re esse homini cuiq̄ fidem? uerum istud uerbum est uulgo quod dici solet. omnes sibi malle melius: q̄ alteri. Ego illam uidi uirginē forma bona memini uidere: quo equior sum Pamphilo: si se illam in somnis: q̄ illum amplecti maluit. renunciabo ut pro hoc malo mihi det magnum malum.

Dauus. Simo.

Ic nūc me credit aliquā sibi fallaciā portare: & ea me restitisse hic nunc gratia. Si. Quid Dauus narrat? Dauus. Eque

quicq̃ nunc quidem. Simo. Nihil ne? hem. Dauus. Nihil prorsus.
Simo. At qui expectabam quidem. Dauus. Preter spem euenit.
sentio hoc habet male uirum. Simo. Potin es mihi uerum dicere.
Dauus. Nihil facilius. Simo. Num illi moleste quippiam he sunt
nuptie propter huiusce hospite consuetudinem. Dauus. Nihil
hercle aut si adeo bidui est: aut tridui est hec sollicitudo. nostin?
deinde desinet. Etenim ipsus secum eam rem reputauit recta uia.
Simo. Laudo. Dauus. Dum licitũ est ei: dumq; etas tulit amauit.
tum id clam: cauit ne unq̃ infamie ea res sibi esset: ut uirũ fortem
decet. Nunc uxore opus est: animum ad uxorem appulit. Simo.
Subtristis uisus est aliquantulum mihi esse. Dauus. Nihil propter
hanc rem. sed est q̄ succenseat tibi. Simo. Quidnam est. Dauus.
Puerile est. Simo. Quid est. Dauus. Nihil. Simo. Quin dic quid
est. Dauus. Ait nimium perparce facere sumptum. Simo. Me ne.
Dauus. Te. uix inquit dragmis est obsonatus decem non filio
uidetur uxorem dare. Quem inquit uocabo ad cenam meorum
equalium potissimum nunc: & quid dicendum siet hic. Tu quoq;
perparce nimium non laudo. Simo. Tace. Dauus. Commoui.
Simo. Ego istec recte ut fiant uideo quidnam est rei. quid ue-
terator hic sibi uult: nam si hic mali est quicq̃. hem illic est huic
rei caput.

Misis. Simo. Dauus. Lesbia. Glycerium.

Ta pol quidem res est ut dixisti Lesbia fidelem haud ferme
mulieri inuenias uirum. Si. Ab andria est ancilla hec quid
narrat. Da. Ita est. Mi. Sed hic Pamphilus. Si. Quid dicit? Mi.
Firmauit fidem. Si. Hem. Da. Vtinam aut hic surdus: aut hec
muta facta siet. Mi. Nam quod peperisset iussit tolli. Si. O
Iupiter quid ego audio. actum est siquidem hec uera predicat.
Les. Bonum ingenium narras adolescentis. Mi. Optimum: sed
sequere me intro: ne in mora illi cum opus sit sies. Les. Sequor.
Da. Quod remedium nunc huic malo inueniam? Si. Quid hoc
adeon est demens ex peregrina iam scio. ha. uix tandem stolidus
sensi. Da. Quid hic se sensisse ait? Si. Hec primum affertur mihi
ab hoc fallacia hanc simulat parere quo Chremetem absterreant.
Gly. Iuno lucina fer opem. serua me obsecro. Si. Hui tam cito
ridiculum. postq̃ me ante hostium audiuit stare. approperat non

sat commode diuisa sūt temporibus tibi Daue hec. Dauus. Mihin:
Simo. Nam immemor es discipuli? Dauus. Ego quid narras.
nescio. Simo. Hiccine me si imperatum in ueris nuptiis ad ortus
esset quos mihi ludos redderet. nunc huius periculo fit. ego in
portu nauigo.

Lesbia. Simo. Dauus.

Dhuc que solent Archilis: queq; oportent signa esse ad
salutem omnia huic esse uideo. Nunc primum fac istec ut
lauet. post deinde quod iussi ei dari bibere: & quantum imperaui
date. mox ego huc reuertor. per Ecastor scitus puer natus est
Pamphilo deos queso sit superstes quādoquidem ipse est ingenio
bono cumq; huic ueritus est optime adolescenti facere iniuriam.
Simo. Vel hoc quis non credat qui te norit abs te esse ortum.
Da. Quidnam id est. Si. Non imperabat coram quid opus esset
facto puerpere: sed postq̄ egressa est illis qui sunt intus clamat
de uia. O Daue itan contemnor abs te: Itan ne tandem idoneus
tibi uideor esse: quem tam a parte fallere incipias dolis. saltem ac/
curate ut metui uidear. certe si resciuero. Da. certe hercle nunc
ipsus. se fallit: haud ego. Simo. Dixin tibi interminatus sum ne
faceres. Num ueritus es. quid retulit: Credon tibi hoc nūc pepisse
hanc e Pamphilo. Da. Teneo quid erret: & quid agam habeo
Si. quid taces: Da. quid credas: quasi non renuntiata tibi sint
hec sic fore. Si. Mihin quisq̄: Da. Hebo an tute intellexistin
hoc assimularier: Si. Irrideor. Da. Denuntiatum est: nam qui
istec tibi incidit suspitio? Si. Qui: quia te noram. Da. Quasi tu
dicas factum id consilio meo. Si. Certe enim. Da. Non satis me
pernosti: & qualis sim Simo. Si. Ego ne te: Da. sed siquid tibi
narrare cepi continuo dari uerba censes. Si. Falso. Da. Itaq;
hercle nihil mutire audeo iam. Si. Hoc ego scio unum: tu neminē
peperisse hic. Da. Intellexistin: nihilo serius. puerum deferent
huc ante hostium. id ego iam tibi hoc here renuntio futurum ut
sis sciens: ne tu hoc mihi posterius dicas Daui factum consilio: aut
dolis. prorsus a me opinionem hanc tuam esse amotam uolo. Si.
Vnde id scis: Da. Audiui & scio: Simo: Multa concurrunt simul
qui coniecturam hanc nunc facio. iam prius hec se e Pamphilo
grauidam dixit esse: inuentum est falsum. Nunc postq̄ uidet
nuptias domi apparari missa est ancilla illico obstetricem accersitū

ad eam: & puerum ut afferat simul. hoc nisi fit puer ut tu uideas: nihil mouentur nuptie. Si. Quid ais? cum intellexeras id consiliũ capere cur non dixisti extemplo Pamphilo? Da. Quis ergo eum abstraxit ab illa: nisi ego? nam omnes nos quidem scimus q̃ misere hanc amarit. nunc sibi uxorem expetit. postremo id mihi da negotii: tu tamen has nuptias perge facere: ita ut facis: & id spero adiutores deos. Simo. Immo abi intro: ibi me operire: & quod parato opus est para. Non ipulit me hoc nũc omnino ut crederẽ atq; haud scio an que dixit sint uera omnia. Sed paruipẽdo illud mihi multo maximum est quod mihi pollicitus est gnatus ipsus. Nunc Chremetem conueniam. orabo ut det gnato uxorem: si impetro. quid alias malim q̃m hodie has fieri nuptias? nam gnatus quidem pollicitus est: haud dubium mihi id est si nolit: quin eum merito possim cogere: atq; adeo in ipso tempore. eccũ ipsum obuiam Chremetem.

Simo. Chremes.

Vbeo Chremetem saluere. Chre. O teipsũ querebã Simo. Si. Et ego te. Chre. Optato aduenis. aliquot me adierũt q ex te auditum aiebant: hodie filiam meam gnato nubere tuo. Id uiso: tu ne: an illi insaniant. Si. Ausculta paucis: & quid ego te uelim: & tu quod queris: scies. Chremes. Ausculto. loquere quid uelis. Si Per ego te deos oro: & per nostram amicitiam Chreme que incepta a paruis cum etate accreuit simul: perq; unicam gnatã tuam: & gnatum meum cuius tibi potestas summa seruandi datur: ut me adiuues in hac re: Atq; ita ut nuptie fuerant future fierẽt. Chreme. Ah ne me obsecra. ita queris quasi te orando hoc a me impetrare oporteat. Alium esse censes nunc me: atq; olim cum dabam si in rem est utriq; ut fiant accersuri iube. Sed si ex ea re plus est mali: q̃ in commodi utriq; id te oro in commune ut consulas: quasi illa tua sit. Pamphiliq; ego sim pater. Si. Immo ita uolo: ita postulo ut fiat Chreme: neq; postulem abs te: nisi ipsa res moneat. Chremes. Quid est? Si. Ire sunt inter Glycerium & gnatum. Chremes. Audio. Si. Ita magne ut sperem posse euelli. Chre. Fabule. Simo. Profecto sic est. Chre. Sic est hercle ut dicam tibi. Amantium ire integratio amoris est. Simo. Hem id te oro: ut ante eamus dum tempus datur: dumq; eius libido conclusa est contumeliis. prius q̃ harum scelera: & lachrime confictę

dolis reducāt animum egrotum ad misericordiam. uxorem demum.
spero consuetudine & coniugio liberali deuictum Chreme. deinde
facile ex illis sese emersurum malis. Chre. Tibi ita uidetur hoc?
At ego non posse arbitror: neq; illum hanc perpetuo habere: neq;
me perpeti. Si. Qui scis ergo istuc: nisi periculum feceris? Chre.
At istud periculū in filia fieri graue est. Si. Nempe incōmoditas
deniq; huc omnis redit. si eueniat: quod dii prohibeant discessio.
At si corrigatur quot commoditates inde principio amico filium
restitueris: tibi generum firmum: & filie inuenies uirum. Chre.
Quid istic si ita istuc animum induxisti esse utile. nolo tibi ullum
in me claudier commodum. Si. Merito te maximum semper feci
Chreme. Chre. Sed quid ais? Si. Quid. Chre. Qui scis eos nunc
discordare inter se? Si Ipsus mihi Dauus qui intimus est eorum
consiliis dixit. & is mihi persuadet nuptias quantum queam ut
maturem. Num censes faceret filium nisi sciret eadem hec uelle?
tute adeo iam eius audies uerba. heus euocate huc Dauū atq; eccū
uideo ipsum foras exire.

Dauus. Simo. Chremes.

D te ibam. Si. Quidnam est. Da. Cur uxor non accersitur
iam aduesperascit. Simo. Audin tu illum: ego dudum non
nihil ueritus sum Daue abs te ne faceres idem quod uulgus seruoꝝ
solet: dolis ut me deluderes: propterea q amat filius. Dauus. Ego
ne istuc facerem. Simo. Credidi idq; adeo metuens uos celaui: qđ
nunc dicam. Dauus. Quid est. Simo. Scies. nam propemodum
habeo iam tibi fidem. Dauus. Tandem cognosti qui siem. Simo.
Non fuerant nuptie future. Dauus. Quid non: Simo. Sed ea
gratia simulaui uos ut pertemptarem. Dauus. Quid ais: Simo.
Sic res est. Dauus. Vide nunq̄ ego istuc quiui intelligere. uah
consiliū callidum. Simo. Hoc audi ut hinc te introire iussi opor/
tune hic mihi fit obuiam. Dauus. Hem nū nam perimus. Simo.
Narra huic que tu dudum narrasti mihi. Dauus. Quidnā audio.
Simo. gnatam ut det oro: uixq; id exoro. Dauus. Occidi. Simo.
Hem quid dixti: Dauus. Optime inq̄ factum. Simo. Nunc per
hunc nulla mora est Chremes. Domum modo ibo: ut apparentur
dicam: atq; huc renuntio. Simo. Nunc te oro Daue quoniam
mihi solus effecisti has nuptias. Dauus. Ego uero solus. Simo.
Corrigere mihi gnatum porro enitere. Dauus. Faciam hercle

sedulo. Simo. Potes nunc animus iratus est. Dauus. Quiescas. Simo. Age igitur. ubi nũc est ipsus? Dauus. Nullus sum id cause est quin hinc in pistrinum recta proficar uia? nihil est preci loci relictum. iam perturbaui omnia herum fefelli. in nuptias conieci herilem filium. feci hodie ut fierent insperante hoc: atq; inuito Pamphilo. hem astutia q; si qui essem nihil euenisset mali. Sed eccum uideo ipsum occidi. utinam mihi esset aliquid hic: quo nunc me precitem darem.

Pamphilus. Dauus.

Bi est illic qui me hodie perdidit. Dauus. Perii. Pamphilus. Atq; hoc confiteor mihi iure obtigisse quandoquidem tam iners: tam nullius consilii sum: seruon fortunas meas me commisisse futili. Ego precium ob stulticiam fero. Sed inultum id nunq̃ a me auferet. Dauus. Post hac incolumem sat scio fore me nunc si deuito malum. Pamphilus. Quid ego nunc dicam patri negabon me uelle modo qui sum pollicitus ducere? qua fiducia id facere audeam? nec quid de me nunc faciam scio? Dauus. Nec quidem de me scio atq; id ago sedulo. dicam aliquid me iam inuenturum: ut huic malo aliquam producã moram. Pamphilus. O he. Dauus. Visus sum. Pamphilus. Eodum bone uir quid agis uiden me tuis cõsiliis miserum impeditum esse? Dauus. At iam expediam. Pam. Expedies? Dauus. Certe Pamphile. Pamphilus. Nempe ut modo Dauus. Immo melius spero. Pamphilus. Hoc tibi credã furcifer: tum rem impeditam: & perditam restitues: hem quo fretus siem qui me hodie ex tranquillissima re coniecisti in nuptias: an non dixi hoc futurum esse. Dauus. Dixti. Pamphilus. Quid es meritus. Dauus. Crucem. sed sine paululum ad me ut redeam. iam aliquid dispiciam. Pamphilus. Hei mihi cur non habeo spacium ut de te summam suppliciũ ut uolo. nãq; hoc tempus me precauere mihi. haud te ulcisci sinit.

Carinus. Pamphilus. Dauus.

Occine est credibile: aut memorabile tãta uecordia innata cuiq; ut siet: ut malis gaudeat: atq; ex incommodis alterius sua ut comparet commoda. Ha id ne est uerum. Immo id est pessi/mum hominum genus in denegando modo quis pudor paululum adest: post ubi tempus est ꝓmissa iam perfici tũ coacti necessario aperiunt & timent: & tamen res eos premit denegare. Ibi tum

eorum impudentissima oratio est. qs tu es: qs mihi es? Cur meā tibi: heus proximus sū egomet mihi: Attamē ubi fides ē. si rogas. nihil illos pudet. hic ubi opus est non uerent. Sed illic ubi opus nō est. uerent. Sed quid agā: adeon ut cum eo iniuriā hanc expostulē? ingerā mala multa atq: aliqs dicat nihil pmoueris. multū molestus certe ei fuero: atq: animo morē gessero. Pam. Carine & me: & te imprudens: nisi q dii respiciunt: perdidi. Ca. Ita ne imprudens tandem inuenta est causa: soluisti fidem. Pam. Quid tandem? Ca. Etiam nunc me seducere his dictis postulas. Pam. Quid istuc est? Ca. Postq̄ amare me dixi complacita est tibi. heu me miserū. qui tuum animum ex animo spectaui meo. Pam. Falsus es. Carinus. Nonne tibi satis hoc solidum uisum est gaudium? nisi me lactasses amantem & falsa spe produceres. habeas. Pam. Habeam: ah nescis in quantis malis uerser miser. quantasq: hic suis consiliis mihi confecit sollicitudines meus carnifex. Ca. Quid istuc tam mirum est: de te si exemplum capit? Pam. Haud istuc dicas si cognoris me: uel amorem meum. Ca. Scio. Quid hoc est: cum patre alter/casti dudum. & is nunc ppterea tibi succenset. nec te quiuit hodie cogere illam ut duceres. Pamphi. Immo etiam quo tu minus scis erumpnas meas he nuptie non apparabantur mihi: nec postula/bat nunc quisq̄ uxorem dare. Ca. Scio tu coactus tua uoluntate es. Pam. Mane. nondum scis. Ca. Scio equidem illam ducturum esse te. Pamphilus. Cur me enecas? hoc audi. nūq̄ destitit instare ut dicerem me esse ducturum patri suadere. orare: usq: adeo donec perpulit. Carinus. Quis homo istuc? Pampilus. Dauus. Carinus. Dauus. Pamphilus. Dauus. incurbat omnia. Carinus. Quam/obrem? Pamphilus. Nescio: nisi mihi deos satis scio fuisse iratos: qui ei auscultauerim. Carinus. Factum hoc est Daue. Pamphi. Hem quid ais o scelus? at tibi dii exitium dignū factis duīt. Eho dic mihi. si omnes hunc coniectum esse in nuptiis inimici uellent: quod nisi hoc consilium darent? Dauus. Deceptus sum ac non de/fatigatus. Ca. Scio. Dauus Hac non successit. alia aggrediamur uia. nisi id putas quia primo processit parum non posse iam ad salutem conuerti malum hoc. Pamphilus. Immo etiam satis credo si aduigilaueris. ex unis binas mihi conficies nuptias. Dauus. Ego tibi Pamphile hoc tibi pro seruitio debeo conari. manibus & pedibus noctesq: diesq: capitis periculum adire: dū prosim tibi.

Tuum est: si quid preter spem euenit mihi: ignoscere: si parum successit. quod ago. at facio sedulo: uel tute melius aliquid repe/ri me dimissum face. Pamphil. Cupio. restitue in quem me accepisti locum. Da. faciam. Pamphile. At iam hoc opus est. Da. Hem sed mane concrepuit a Glycerio hostium. Pamphi. Nihil ad te. Da. Quero. Pam. Nūcine demū. Da. At iam tibi hoc inuentum dabo.

Misis. Pamphilus Carinus. Dauus.

Am ubi erit inuentum tibi curabo: & mecum adductum tuum Pamphilum. tu modo anime mi noli te macerare. Pamphi. Misis quid est? Mi. Hem Pamphile optime mihi te offers. Pamphi. Quidnam est? Orare iussit si se ames Hera iam ut ad sese uenias uidere ait te cupere. Pam. Vah perii. hoc malum integras cit. siccine me: atq; illam opera tua nunc mise/ros sollicitarier? nam idcirco accersor nuptias ꝙ mihi apparari sensit. Ca. Quibus quidem q̄ facile poterat quiesci si hic quies/set. Da. Age si hic non insanit satis sua sponte instiga. Mi. Atq; edepol ea res est propterea ꝙ nunc misera ī merore est. Pam. Misis per omnes tibi adiuro deos nūq̄ eam me desertu/rum: uon etiam si capiundos mihi sciencia inimicos omnes hoīes hanc mihi expetiui: cōtigit. conueniunt mores. ualeant qui īter nos dissidium uolunt. hanc: nisi mors: mihi adimet nemo. Mi. Recipisco. Pam. Non appollonis magis rerum atq; hoc respō/sum est. si poterit fieri ne pater per me stetisse credat. quo mi/nus he fierent nuptie uolo. sed si id non poterit. id faciā ī pclive quod est per me stetisse ut credat. quis uideor? Ca. Miser equa atq; ego. Da. consilium quero. Ca. Fortis sis. Pamphile. Scio quid conere. Da. hoc tibi ego profecto effectum reddam. Pam Iam hoc opus est. Da. Quin iam habeo. Ca quid est? Da. Huic non tibi habeo. ne erres. Ca. Sat habeo. Pam. quid facies cedo Da. Dies hic ut mihi satis sit uereor ad agendum: ne uacuum esse me ad narrandum credas. proinde hinc uos admolimini: nam mihi impedimento estis. Pam. Ego hanc uisam. Da. Quid tu? quo te hinc agis? Ca. Verum uis dicam. Da. Immo etiam narrationis incipit mihi initium. Ca. Quid de me fiet Daue? Da Eho tu impudes non satis habes ꝙ tibi dieculam addo. quantum huic promoueo nuptias. Ca. Daue attamen. Da. Quid ergo? Ca. Vt ducam Da. Ridiculum. Ca. Huc face ad me ut uenias.

siquid poteris Da. Quid ueniam? nihil habeo. Ca. Attamen siqd erit. Da. Age ueniam ergo. Ca. Siquid domi ero. Da. Tu. Mi/sis dum exeo. parumper opperire me hic. Mi. Quapropter? Da Ita facto opus est. Mi. Matura. Da. Iam inquam adero.

Misis. Dauus.

Ibil ne esse propriũ cuiq̃? dii uostram fidem. sũmum bonũ esse here putaui hunc Pamphilum: amicum: amatorem: uirum in quouis loco paratum. uerum ex eo nunc misera quem capit dolorẽ? facile hic plus mali est. q̃ illic boni. sed Dauus exit mi homo quid istuc obsecro est? quo portas puerum? Da. Misis. nunc opus est tua mihi ad hãc rem prompta malicia atq; astutia. Mi. Quidnam incepturus es? Da. Accipe a me hunc ocius? atq; ante nostram ianuam appone. Mi. Obsecro humi ne? Da. Ex ara sume hic uerbenas tibi: atq; eas susterne. Mi. Quamobrem id tute non facis? Da. Quia si forte opus sit ad herum iusiurãdũ mihi non apposuisse: liquido possim. Mi. Intelligo. noua nunc religio in te istec incessit cedo? Da. Moue ocius te. ut quid agã porro intelligas. prob Iupiter. Mi. Quid est? Da. Sponse pater interuenit. repudio consilium quod primum intenderã. Mi. Nes/cio quid narres. Da. Ego quoq; hinc ab dextera uenire me assi/mulabo tu ut subseruias orationi ut ubicũq; opus sit uerbis uide Mi. Ego quid agas nihil intelligo. sed si quid est quod mea opa opus sit uobis: aut si tu plus uides: manebo: ne quod uestrum remorer commodum.

Chremes. Misis. Dauus.

Euertor postq̃ que opus fuere ad nuptias gnate paraui: ut iubeam. accersi. Sed quid hoc? puer hercle est? mulier tun apposuisti hũc? Mi. Vbi illic est? Chre. Non mihi respõdes? Mi. Hem nusq̃ est. ue misere mihi. reliquit me homo atq; abiit. Da. Dii uestram fidem quid turbe est apud forũ? quid illic ho/mines litigant? tum annona cara est? quid dicã aliud. nescio. Mi. Cur tu obsecro hic me solã? Da. Hem que ẽ fabula? Eho Misis puer hic unde est? quis huc ue attulit? Mi. Satin sanus es? quid me id rogitas? Quem ego igitur rogem: qui hic neminem aliũ ui/deam. Chre. Miror unde sit: Da. Dicturan es id quod rogo: Mi. Au. Da. Concede ad dextram. Mi. Deliras non tuteipse: Da. Verbum si mihi ullũ: preterq̃ te qđ rogo faxis caue. Mi. Ma/ledicis. Da. Vnde est: dic clare. Mi. A. uobis. Da. Ha he. hec

nimirum uero impudēter mulier si facit meretrix. Chre. Ab An/
dria est ancilla hec quantū intelligo. Da. Adeon uidemur uobis
esse idonei: quibus sic illudatis: Chre. Veni intempore. Da. Pro/
pera adeo puerum tollere hinc a ianua mane. caue quoquā ex
istoc excesseris loco. Mi. Dii te eradicent. ita me miserā territas.
Da. Tibi ego dico: an non? Mi. Quid ais? Da At etiam rogas?
cedo. cuium puerum hic apposuisti. dic mihi? Mi. Tu nescis. Da.
Mitte id quod scio: dic id qđ rogo? Mi. Vestri. Da. cuius uestri
Mi. Pāphili. Da: Hem quid Pāphili? Mi. Ebo an nō est? Chre
Recte ego semp fugi has nuptias. Da. O facinus aīaduertēdū.
Mi. Quid clamitas. Da. Quē ne ego heri uidi ad uos afferri uespi.
Mi. O hominē audacē. Da. Verum uidi Cantharā suffarcinatā
Mi. Diis pol habeo gratias cū in pariūdo aliquot affuere libere.
Da. Ne illa illum haud nouit. cuius causa hoc incipit. Chremes si
positum puerū ante edes uiderit suā gnatā non dabit. tanto her
cle magis dabit. Chre. Non hercle faciet. Da. Nunc adeo ut tu
sis sciens: ni puerū tollis. iam ego hunc in mediam uiam prouoluā.
teq; ibidem prouoluā in luto. Mi. Tu pol homo non es sobrius.
Da. Fallacia alia aliam trudit: iam iam susurrari audio ciuē At/
thicam esse hanc. Chre. Hem. Da. Coactus legibus uxorem eā
ducet Pamphilus. Mi. Ebo obsecro an non Ciuis est. Chre. Io/
cularium in malū insciēs pene incidi. Da. Quis hic loquitur: O
Chreme per tēpus aduenis ausculta. Chre. Audiui iam omīa: Da.
Ha nec dum omīa. Chre Audiui inq̄ a pncipio Da Audistin ob/
secro: Hē scelera hanc iam oportet hinc in cruciatū arripi hic ē
ille nō te credas Dauū ludere Mi Me miserā nihil pol falsi dixi
mi senex Chre Noui rem omnem sed Simo intusē: Mi Non me
attingas sceleste si pol Glycerio nō omnia hec Da Ebo inepta
nescis quid sit actū Mi Qui sciā: Da Hic socer est & alio pacto
haud poterat fieri ut sciret hec que uolumus Mi Hem pdiceres
Da Paululū interesse censes ex aīo omīa ut fert natura si facias
an de industria.

Crito hospes Misis ancilla Dauus seruus

N hac habitasse platea dictū ē Crisidē que sese inhoneste
optauit parere hic diuicias: potiusq̄ honeste ī patria paup
uiuere eius morte ad me lege rediere bona sed quos pconcter ui/
deo salutē Mi Obsecro quē uideo Est ne is Crito Cōsobrinus
Crisidis: is ē Cri O Misis salue Mi saluus sis Crito. Cri. Itan Crisis

Mi. Hem nos quid pol miseras perdidit. Cri. Quid uos: quo pacto hic? satin recte: Mi. Nos ne: ut quimus aiút: quando ut uolumus non licet. Cri. quid Glycerium: iam hic suos parentes reperit. Mi. Vtiná. Cri. An nódú etiam haud auspicato huc me appuli. nam pol si id scissem nunq̃ huc retulissem pedē. semp enī dicta ē hec. atq; habita est soror: que illius fuerút possidet. nunc me hospitē lites seq. q̃ id mihi sit facile atq; utile. alioꝝ exēpla cómonēt simul arbitror iam esse aliquem amicum: & defensorem eius: nam fere grandiuscula iam profecta est illinc clamitēt me sicophantā hereditatē persequi mēdicum. tú ipsam dispoliare nó licet. Mi. Optime hospes. pol Crito antiquú morem obtines. Cri. Duc me ad eam quādo huc ueni ut uideā. Mi. maxime. Da. Sequar hos nolo me in tempore hoc ut uideat senex.

Chremes. Simo.

Atis iam satis Simo spectata amicicia ē erga te mea. satis periculi incepi adire. orādi iam finē face. dú studeo obsequi tibi pene illusi uitam filie. Si. imo enim núc q̃ maxime abs te postulo atq; oro Chreme. ut beneficiú uerbis initnm dudú. núc re comprobes. Chre. Vides q̃ iniquus sies pre studio. dú id efficias qđ cupis. neq; modú benignitatis. neq; qd me ores cogitas. nam si cogitares: remitteres iam me onerare iniuriis. Si. Quibus? Chre. At rogitas ꝑpulisti me ut homini adolescētulo ī alio occupato amore abhorrenti ab re uxoria filiā ut darē in seditionē: atq; incertas nuptias. eius labore: atq; eius dolore gnato ut medicarer tuo. impetrasti. incepi: dú res recte tulit. núc nó fert. feras tu. illam hinc ciuē esse aiút. puer est natus. nos missos face. Si. Per ego deos oro. ut ne illis animú inducas credere. qbus maxime id utile esse q̃ deterrimú. nuptiaꝝ gratia hec sunt ficta: atq; incepta oīa. ubi ea causa q̃obrē id faciút erút adēpta. his desinēt. Chre. Erras cú Dauo ego met uidi obiurgantem ancillā. Si. Scio. Chre. At uero uultu cum ibi me adesse neuter tum ꝓsenserat. S. Credo: & id facturas Dauus dudú ꝓdixit mihi. sed nescio quid sú oblitus tibi hodie ac uolui dicere.

Dauus. Chremes. Simo. Dromo.

Nimo núc esse ocioso impero. Chre. Hem Dauú tibi. Si. Vnde egrediť. Da. Meo ꝓsidio atq; hospitis. Si. Quid illud mali est? Da. Ego cómodiorē hominē aduētú ad tēpus non uidi. Si. Scelus quē nam hic laudat? Da. Omnis res est iam in uado.

Si. Cesso alloqui. Da. Herus est. quid agam? Si. O salue bone uir. Dauus. He hem Simo. o noster Chremes. omnia parata sunt iam intus. Chre. Curasti probe. Da. Ubi uolueris accerse. Si. Bene sane. is uero hinc nunc abest. etiam tu hoc responde mihi: nũqd istic tibi negocii est? Da. Mihin? Si. Ita. Da. Mihi ne? Si. Tibi ergo. Da. Modo introiui. Si. Quasi ego q̃ dudum rogem. Da. Cũ tuo gnato una. Si. An ne est ĩtus Pãphilus? Da Discrutior miser. Si. Eho non tu dixti esse inter eos inimicitias carnifex? Da. Sunt. Si. Cur igitur hic est? Chre. Quid illum censes? cum illa li/tigat. Da. Immo uero indignum Chreme iã facinus faxo ex me audies. nescio quis senex modo uenit. ellum. confidens. cautus. cũ faciem uideas uideatur esse quãti uis precii tristis. seueritas est in uultu. atq; fides in uerbis. Si. Quidnam apportas? Da. Nihil e/quidem? nisi quod illum audiui dicere. Si. Quid ait tandem? Da. Glycerium se scire ciuem esse Atthicam. Si. Hem Dromo Dro/mo. Da. Quid est? Si. Dromo. Da Audi. Si. Verbum si addide/ris Dromo. Da. Audi obsecro. Dro. Quid uis? Si Sublimem ĩtro hunc rape quantum potes. Dro. Quem Si. Dauum Quamobrẽ? Quia lubet. rape inquam. Da. Quid feci? Si. Rape. Da. Si qc/quam me inuenies mentitum occidito Si. Nihil audio. ego te iam commotum reddam. Da. Tametsi hoc uerum est. Si. Tamen tu cura ad seruandum uinctum atq; audin tu quadrupedem constri/gito. age nunc. ego iã pol hodie si uiuo tibi ostendam herũ q̃ sit pericli fallere: & illi patrem. Chre. Ah ne seui tantopere. Si. O Chremes. pietate gnati non te miseret mei? Tantum laborẽ car/pere ob talem filium? Age Pamphile. exi Pamphile. hem quid te pudet

Pamphilus. Simo. Chremes.

Vis me uult? perii. pater est. Simo. Quid agis omniũ? Chre. Ah rem potius ipsã dic. at mitte male loqui. Si. Quasi qnicq̃ iam in hunc grauius dici possit. Ain tandem Ciuis Glycerium est? Pam. Ita predicant? Si. Ita predicant? o ingentem confidentiam. non cogitat quid dicat. nun facti pudet. uide nun eius color pudo/ris usq̃ signum indicat? adeo non impotenti esse animo ut preter Ciuium morem: atq; legem: & sui uoluntatem patris. tamen hanc habere studeat cum summo probro. Pam. Me miserum. Si. Hem modo ne id demum sensisti Pamphile? olim istuc cum ita animum induxisti tuum quod cuperes aliquo pacto efficiundum tibi. eodẽ

die istuc uerbum uere in te accidit. Sed quid ego ? aut cur meam senectutem excrucio: aut cur me macero? cur meam senectutem huius sollicito amentia ? An pro huius peccatis. ego supplicium feram? Immo habeat. ualeat: uiuat cum illa. Pamphilus. Mi pater. Si. Quid mi pater? quasi tu huius indigeas patris. domus uxor. liberi inuēti. inuito patre adducti qui illā Ciuē hinc dicant uiceris. Pam. Pater licet ne pauca? Si. Quid dices mihi? Chre. Attamen Simo audi. Si. Quid ego audiam Chrme? Chre. Attamen dicat. sine. Simo. Age dicat sino. Pam. Ego me amare hanc fateor. si id peccare est. fateor id quidem: tibi pater me dedo: quid uis oneris impone. impera. uis me uxorem ducere. hanc ammittere. ut potero feram. hoc modo te obsecro. ut ne credas a me allegatum hūc senem. sine me expurgem: atq; illum huc coram adducā. Si. Adducas? Pam. Sine pater Chre. Ab equū postulat. da ueniā. Pam Sine te exorem hec. Si. Sino. quid uis cupio dum ne ab hoc me falli comperiar Chreme. Chremes. Pro peccato magno paululum supplicii satis est patri.

Crito. Chremes. Simo. Pamphilus.

Itte orare. una harum queuis causa me ut faciem monet: uel tu. uel quod uerum est. uel quod ipsi cupio Glycerio. Chre. Andriū ego uideo Critonem: & certe is est. Cri. Saluus sis Chreme Chre. Quid tu Athenas insolens? Cri. Euenit. sed hiccine ē Simo? Chre. Hic est. Si. Men queris. eho tu Glycerium. hinc ciuem eē ais? Cri. Et tu negas. Si. Ita ne huc paratus aduenis? Cri. qua de re? Si. Rogas: tu ne impune hoc facias: tu ne hic homines adolescentulos imperitos rerum eductos libere in fraudem illicis sollicitando. & pollicitando eorum animos lactas. Sanus ne es? Si. At meretricios amores nuptiis conglutinas. Pam. Perii metuo ut substet hospes Chre. Si Simo hunc noris satis: non ita arbitrere. bonus est hic uir. Simo. Hic uir sit bonus? ita ne attemperate uenit hodie his in nuptiis ut ueniret antehac nunq̄: est uero huic credēdum Chremes? Pam. Ni metuam patrem. habeo pro illa re illum q̄ moneam probe. Si. Sicophanta. Cri. Hem Chre. Sic Crito ē hic mitte. Cri. Videat qui siet. si perget. que uult dicere ea que nō uult audiet. ego istec moneo. haud curo. nō tu tuū malū equo aio feres. nam ego que dixi uera: an falsa audieris. iā sciri potest. Atticus quidam olim naui fracta apud Andrum eiectus est: & istec una parua uirgo. tum ille egens. forte applicat primū ad Crisidis

patrem ſe. Simo. Fabulam inceptat. Chre Sine. Cri. Ita ne uero obturbat? Chre. Perge. Cri. Tum is mihi cognatuſ fuit qui eum recepit. ibi ego audiui ex illo ſeſe Ciuē eſſe Atthicū. Is ibi mortuuſ eſt. Chre. Eiuſ nomen. Cri: Nomen? tam cito tibi Phania. Chre. Hem perii. Cri. uerum hercle opinor. fuiſſe Phaniam. hoc certe ſcio. Ranuſium ſe aiebat eſſe. Chre. O Iupiter. Cri. Eadem hec Chreme multi alii in Andro audiere. Chre. Vtinam id ſit quod ſpero eho dic mihi. quid eam tum ſuam ne eſſe aiebat. Cri. Non. Chre. Cuiam igitur? Cri. Fratris filiam. Chre. Certe mea ē. Cri. Quid ais. Si. Quid tu ais? hē. Pā. Arrige aures Pāphile. Si. Quid credis? Chre. Phania ille meus frater fuit. Si. Norā & ſcio Chre. Is hinc bellum fugienſ. meq; in Aſiam perſequenſ proficiſcit. Tum illam relinquere hic eſt ueritus poſt illa nunc primum audio quid illo ſit factum. Pam. Vix ſum apud me ita animuſ commotuſ eſt metu: ſpe: gaudio: mirando hoc tanto tam repentino bono. Si. Sa-ne iſtam multis modis inueniri gaudeo. Pam. Credo pater. Chre. At mihi unuſ ſcrupulus etiā reſtat q me male habet: Pā. Dignus es cum tua religione odio. nodum in ſcirpo queris. Cri. Quid iſtuc eſt? Chre. Nomen non conuenit. Cri. Fuit hercle huic aliud no-men parue. Chre. Quod Crito? nunquid meminiſti? Cri. Id quero Pam. Ego ne huius memoriam patiar mee uoluptati obſtare. cū egomet poſſim in hac re medicari mihi? non patiar. heus Chremes. quod queres Paſſibula eſt. Chre. Ita eſt. Crito. Ea eſt. Pam. Ex ipſa millies iā audiui. Si. Omnes nos gaudere hoc Chremes te cre-do credere. Chre. Ita me dii bene ament. credo. Pam. quid reſtat pater? Si. Iam dudum res reduxit me ipſa in gratiam tuam. Pā. O lepidū patrē de uxore ita ut poſſedi nil mutat Chremes Chre. Cauſa optima eſt. niſi quid aliud pater ait. Pam. Nempe ut tu. Si. Id ſcilicet? Chre. Dos Pamphile eſt decem taleuta. Pā. Acci-pio. Chre. propero ad filiā meo mecum Crito. Nam illam me credo haud noſſe. Si. Cur non illam transferri iubes. Pam. Recte ad-mones Dauo ego iſtuc dedam iam negotii. Si. Non poteſt. Pam. Qui non poteſt? Si. quia aliud magis ex ſeſe habet: & maius. Pā. Quidnam? Si. uinctus eſt. Pam. Pater non recte uinctus eſt. Si. Haud ita iuſſi. Pamphilus. Iube ſolui obſecro. Simo. Age fiat. Pamphilus. At matura. Simo. Eo intro. Pam. O fauſtum & felicem hunc diem.

Charinus. Pamphilus. Dauus.

Rouiso quid agat Pamphilus: atq; eccum uideo. Pamphilus.
Aliquis forsitan me putet non putare hoc uerum? Atq; mihi nunc sic esse hoc uerum lubet. ego deorum uitam propterea sem/piternam esse arbitror: q uoluptates eorum proprie sint. Nã mihi immortalis parta est si nulla egritudo huic gaudio ĩtercesserit. sed quem ego potissimum mihi exoptem nunc cui hec narrem dari? Ca. Quid istud gaudii est? Pamphilus. Dauum uideo. nemo est quem malim omnium Nam hunc scio mea solide solum gauisurũ gaudia.

Dauus. Pamphilus. Carinus.

Amphilus ubi nã hic ẽ. Pã. Daue. Da. quis nã homo ẽ? Pã. Ego sũ. Da. O Pãphile. Pã. Nescis qd mihi obtigerit. Da. Certe nõ. sed qd mihi obtigerit scio. Pã. Et ego quidem. Da. More hominum euenit. ut qđ sum nactus mali prius resciseres tu q̃ ego illud qđ tibi euenit boni. Pam. Mea Glyceriũ suos parẽtes reperit. Da. O factũ bene. Ca. Hẽ. Pam. Pater amicus sũmus est nobis. Da. Quis. Pam. Chremes. Da. Narras probe. Pã. Nec mora ulla est quin eam uxorẽ ducam. Ca. Nũ ille sõniat ea que uigilãs uoluit? Pã. Tũ de puero Daue. Da. Aba desine solus est quẽ di/ligũt dii. Ca. Saluus sum: si hec uera sunt. adibo & colloquar. Pã. Quis homo est o Charine in tẽpore ipso mihi aduenis. Ca. Bene factum. Pã Hem audistin? Ca. Oĩa age me in tuis rebus secũdis respice: tuus est nũc Chremes facturũ que uoles scio esse oĩa. Pã. Memini: atq; adeo longũ est illũ expectare dum exeat. sequere hac me. intus apud Glyceriũ nunc est. tu Daue abi domũ propere accerse hinc qui auferant eã: qui stas? quid cessas? Dauus. Eo. Ne expectetis dum exeant huc intus despondebitͬ: intus transigetur: si qd ẽ quod restat Vos Valete & plaudite Ego Caloipius recẽsui.

Explicit Andria.

Incipit Eunuchus.

Cta ludis megalensibus. Lucio Postumio Albino: & Lucio Cornelio Merula edilibus curulibus. Egere Am/biuius Turbio Lucius Altilius Prenestinus Greca menãdri acta secunda. Modulauit Flaccus Claudii tibus duabus dextris. M. ualerio & numio flaminio cousulibus.

Argumentum

Eretrix adolescētē cuius mutuo amore tenebať exclusit. eiq;
reuocato exclusiōis cās reddit. Eius frater mīor natu uirginē
qnā miles Traso meretrici dono miserat amare cepit. deductusq; in
domū meretricis ꝑ Enucho: uirginē uitiat. re itaq; cognita: cū il/
lusā se meretrix doleret: ab eodē adolescēte placať. iteruētuq; pa/
tris eius cognitā ciuē Athenīēsē duxit uxorē. miles quoq; ī partem
meretricii amoris receptus illudiť

Argumētū Enuchi.

Ororē falso dictitatā Thaidis idīpm ignorās Miles adduxit
puellulā traso. ipsiq; donat. erat hec ciuis atthica. eidē enuchū
quē emerat traddi iubet Thaidis amator Phe. trasoni oratus biduū
cōcederet. Ephebus frater Phedrie puellā cū repiret dono missam
Thaidi: ornatū enuchi īduiť. ītroiuit: uitiat uirginē suadet Par.
Sed Atthicus ciuis ī ꝑmis reptus frať eius collocat uitiatā ephebo.
Phedria amator thaiđ exclusus ab illa hestēna die & iteꝝ reuocatus
parmenōe seruo suo audiēte sic alloqť.

Prologus.

I qisq̄ ē q se placere studeat bōis q̄pluris: & mīme multos le/
dere: in his poeta hic nomē ꝓfiteť suū. Tū si qs ē q dcm̄ ī se:
aut fcm̄ īclemētius existiauit eē sic estimet sciat ꝑsumat: respōsū nō
dcm̄ eē q̄le sit ꝑus. q bn̄ uertēdo: & eas male describēdo ex grecis
bōis latias fecit nō bonas. idē menādri fabulā n̄c nuꝑ dedit. atq; de
thesauris scripsit cām dicere. ꝑus ūde petiť auꝝ q̄re sit suū q̄ illi q
petit ūde is sit thesaurus sibi aut ūde ī patriū monumētū ꝑuenerit
Dehīc ne fraudeť ipse se: aut sic cogitet. defūctus iā sū. nihil ē qđ
dicat mihi. is ne erret moneo. & desinat lacessere. habeo alia multa
que nūc cōdēpnabūť que ꝓferēť post: si perget ledere ita ut face/
re īstituit. Quā nūc acturi sumus. menandri Enuchū: postq̄ ediles
emerūt: ꝑfecit sibi ut inspiciūdi eēt copia. Magistratus cū ibi adeēt
occepta ē agi: exclamat furē: nō poetā fabulā dedisse. & nihil de/
disse uerborū tn̄. Colacē eē Neuii: & Plauti ueterē fabulā. para/
siti ꝑsonā īde ablatā: & militis. sed si id ē peccatū: īprudētia ē po/
ete. Nō q furtū facere studuerit. Id ita eē uos iā iudicare pote/
ritis. Colax Menādri ē ī ea est parasitus edax: & Miles glōsus. &
eas se nō negat ꝑsonas transtulisse in Eunuchū suā ex greca. sed
eas fabulas fcās ꝑus latinas scisse se: id uero ꝑnegat. ꝙ si ꝑsōis eisdē
uti aliis nō licet: q magis licet currētes seruos scribere: bonas ma/
tronas facere: meretrices malas parasitū edacē: glōsū militē: puerū
supponi: falli ꝑ seruū senē: amare: odisse: suspicari. Deniq; nullū ē

iā dictū qđ nō sit dictum ꝑus. Quare equū ē uos cognoscere atq; ignoscere que ueteres factitarūt: si faciūt noui. date ergo oꝑā & cū silētio animaduertite: ut ꝑnoscatis qd sibi Eunuchus uelit.

Phedria. Parmeno.

Vid igit̄ faciā: nō eā? ne nūc quidē cū accersor ultro? ā potius ita me cōparē: nō ꝑpeti meretricū cōtumelias? exclusit reuocat. redeā? nō si me etiā obsecrat. Par. Siqdē hercle possis nihil ꝑus: neq; fortius. ue⁊ si icipies neq; ꝑficies grauiter atq; ubi pati nō poteris cū nemo expectet īfecta pace ultro ad eā uenies: indicās iā te amare & ferre nō posse? actū ē. ilicet peristi. eludet ubi te uictū sēserit. phe. ꝑ ī tu dū ē tēpus etiā: atq; etiā cogita. par. here que res ī se neq; cōsiliū neq; modū habet ullū eā cōsilio regere nō potes. ī amore ōia hec īsūt uitia iīurie: suspitiōes: īimicitie: īdutie: bellū: pax rursū. Incerta hec si postules rōne certa facere: nihilo plus agas: q̄ si des oꝑam ut cū rōne īsanias. & qđ nūc tute tecū iratus cogitas: ego ne illā: que illū: que me: que nō: sine mō mori me mali: Sētiet q uir siem. hec uerba una me hercle falsa lachrimula quā oculos terēdo misere uix ui expſſerit: restīguet. ꝑ te ultro accusabit. & dabis ei ultro suppliciū. Phe. O īdignū facinus. nūc ego & illā scelestam eē: & me mise⁊ sētio: & tedet: & amore ardeo: & prudēs sciēs uiuus uidēsq; pereo. nec qd agā scio. Par. Quid agas nisi ut te redimas captū: q̄ queas mīmo: si nequeas paululo: at quāti queas: & ne te afflictes. Phe. Ita ne suades? Par. Si sapis neq; ꝓter eas q̄s ip̄e amor molestias habet addas & illas q̄s habet recte feras. Sed ecca ipsa egredit̄ nostri fūdi calamitas. Nam qđ nos capere oportet hec ītercipit.

Thais. Phedria. Parmeno.

Miseram me uereor ne illud grauius Phedria tulerit: neue aliorsum atq; ego feci acceperit ꝙ heri intromissus non est Phedria Totus Parmeno tremo horreoq;: postq̄m aspexi hanc Parmeno. Bono animo es. accede ad ignem hunc: iam calesces plus satis Thais. Quis hic loquitur? Hem tun hic eras mi Phedria? quid hic stabas? cur non recta uia introibas? Parmeno. Ceterum de exclusione uerbum nullum. Thais. Quid taces? Phedria Sane uero quia he mihi semper patent fores. aut quia sum apud te primus. Thais. Missa istec face. Phedria. Quid missa? o Thais Thais utinā mihi esset pars equa amoris tecū ac pariter fieret: ut aut hoc tibi doleret itidem ut mihi aut istuc abste factum nihil penderem.

Tha Ne crucia te obsecro anime mi Phedria: non pol quo quē/
quam p'us amem aut plus diligam eo feci? sed ita erat res: factū/
dū fuit. Par. Credo ut fit: misera pre amore hūc exclusisti foras:
Tha. Siccine agis Parmeno? age. sed huc qua gratia te accersi
iussi? ausculta. Phe. Fiat Thais. Dic mihi primū. potin ē hic ta/
cere? Par. Ego? ne optie. Verū tu hoc heus: hac lege meā tibi
astrigo fidē: que uera audiui taceo: etiā cōtineo optime. sin fal/
sū: aut uanū: aut fictū est: cōtinuo palā est. plenus rimarū sum.
hac atq; illac pfluo. proinde taceri si uis: uera dicito. Tha. Samia
mihi mater fuit: ea habitabat Rodi. Par. Potest taceri hoc? Tha
Tum ibi matri paruulā puellā dono quidā mercator dedit. ex
atthica hinc arreptā. Phe. Ciuē ne? Tha. arbitror Ciuē esse: sed
certū nescimus matris nomen: & patris dicebat ipsa. patriā & sig/
na cetera neq; sciebat: neq; per etatē etiā poterat. mercator hoc
addebat. e predōibus unde eā emerat: se audiuisse arreptā e Sa/
mio mater ubi accepit: cepit studiose omnia docere: educare ita?
uti esset filia. sororē plerique credebāt esse meā ego cū illo: cum
quo: tunc uno rem habebam hospite abii huc. q mihi reliquit hec
que habeo omnia. Par. Verūq; hoc falsū est. effluet. Tha. Qui
istuc? Par. Rogas? quia neq; tu uno eras contenta: neq; solus
dedit. nam hic quoq; bonā magnāq; partem ad te attulit. Tha.
Ita est: sed sine me peruenire quo uolo. Interea miles q me amare
acceperat in Cariā pfectus est. Te interea loci cognoui tute sis
post illa q̄ intimū habeā te: & mea consilia ut tibi credam omnia.
Phe. Ne hoc quidem tacebit Parmeno. Par. Eho dubium ne id
est? Tha. hoc agite amabo. mater mea illic mortua est nup: eius
frater aliqnātū ad rem est auidior. Is ubi hanc forma uidet ho/
nesta uirginē: & fidibus scire: precium sperans: illico producit ad
forū: ac uendidit. Forte fortuna affuit Is meus amicus: emit eā
dono mihi: imprudens harū rerum: ignarusq; omniū. Is uenit:
postq̄ sensit me tecum quoq; rem habere: fingit causas ne det se/
dulo. Ait si fidem habeat se iri ppositū tibi apud me: ac non id
metuat: ne ubi acceperim ab eo: sese relinquā: uelle se illā mihi
dare. Verum id ait uereri. Sed ego quātum suspicor ad uirginē
animū adiecit. Phe. Etiam ne amplius? Tha. Nihil. nam que/
siui ego nunc eam. Mi. Phedria multe sunt cause quāobrem cu/
pio adducere. primum q soror est dicta. ꝑterea ut suis restituā
ac reddā. sola sum. habeo hic neminē: neq; amicum neq; cognatū

quam obrem. Phedria cupio aliquos parare amicos beneficio meo. id amabo adiuta me quo id fiat facilius. Sine illum priores partes hosce aliquot dies apud me habere. Nihil mihi respondes? Phe. Pessima es. egon quicq̃ cum istis factis respondeam: Par. Heus noster. laudo. tandem perdoluit. uir es. Phe. Haud ego nesciebam quorsum tu ires. paruula hinc est arrepta. eduxit mater pro sua. soror est dicta. cupio adducere: ut reddam suis. Nempe omnia hec uerba huc redeunt. deniq; ego excludor. ille recipitur. Qua gratia? nisi ut illum ames plus q̃ me. & istam núc times que adducta est ne illum talem preripiat tibi. Tha. ego ne id timeo. Phe. Quid te ergo aliud sollicitat? cedo: num solus ille dona dat: Num ubi meam benignitatem sensisti in te claudier: nóne ubi mihi dixisti cupere te ex Ethiopia ancillulam. relictis rebus omnibus quesiui. porro eunuchum dixti uelle te quia sole utuntur his regine. reperi heri minas uiginti ꝓ ambobus. dedi tamen contemptus abs te. hec habui in memoriam. ob hec facta abs te spernor. tha. quid istuc phedria? quã q̃ illã cupio aducere atq; hac re arbitror id firi maxime posse. ueruntamen potius q̃ te inimicum habeam faciam uti iusseris. phe. Vtinam istuc uer/bum ex animo ac uere diceres. potius q̃ te inimicũ habeam. Si istuc crederem sincere dici quid uis possem ꝑpeti. par. Labascit uictus uno uerbo q̃ cito: tha. Ego nó ex animo misera dico ma/gis q̃ ioco: Rem uoluisti a me tandem nulla mora quin ꝑfeceris. ego impetrare hoc nequeo abs te biduũ saltem ut concedas mihi solum. phedria. si quidem biduum. uerum timeo ne fiant istic ui/ginti dies. thaias. profecto non plus biduum aut. phedria. Aut nihil moror. thai Non fiet hoc modo: sine te exorem. phedria. si licet faciundum est quod uis. thaias. Merito te amo. phedria. Bene facis. rus ibo. ibi hoc macerabo biduum. Ita facere cer/tum est. mos gerendus est. thaidi. tu parmeno huc fac illi dedu/cantur. parmeno. Maxime. phedria. In hoc biduum. thais uale. thaias. O mi. phedria & tu. Nunquicd uis aliud: phedria. Ego ne: quid uelim: cum milite isto presens: absens ut sies dies noctesq; me ames: me desideres: me somnies: me ex/pectes de me cogites: in me speres: in me te oblectes: me/cum tota sis: meus fac sis postremo animus. quandoquidem ego sum tuus. thaias. Me miseram forsitan hic mihi paruam habet fidem. Atq; ex aliarum ingeniis nunc me iudicat.

Ego pol que mihi sũ conscia hoc certe scio: neq; me finxisse falsi
quicq̃: neq; meo cordi esse quenq̃ cariorem hoc Phedria. Et qcqd
huius feci: causa uirginis feci: Nam eius spero fratrem ꝓpemodũ
iam reperisse adolescentem adeo nobilem: & is hodie se uenturum
ad me constituit domum: concedam hinc intro: atq; expectabo
eum dum ueniat.

Phedria Parmeno:

Ac ita ut iussi: deducantur isti. Parme. Faciam Phed. Ac
diligenter. Par. Fiet. Phe. At Mature. Par. fiet. Phedria
Statin hoc mãdatum ẽ tibi? Par. Ah rogitare quasi difficile sit.
utinã tã aliquid inuenire facile possis Phedria q̃ hoc ꝑibit. Phe.
Ego quoq; una pereo. quod mihi est carius ne istuc tam iniquo
patiare animo. Par. Minime quin effectum dabo. Sed nunquid
aliud imperas? Phe. Munus nostrum ornato uerbis quoad pote/
ris: & istum emulum quoad poteris ab ea pellito. Parmeno. Hau
memini tã & si nullus moneas. Phe. Ego rus ibo. atq; ibi manebo.
Par. Censeo. Phe. Sed heus tu. Par. Quid uis? Phe. Cẽsen posse
me offirmare: & ꝑpeti ne redeã interea? Parm. Te ne: nõ hercle
arbitror. Nam aut iã reuertere huc aut mox noctu te adigent
horsũ insõnia. Phe. Opus faciam ut defatiger. usq; ingratus ut
dormiã. Par. Vigilabis lassus. hoc plus facies. Phe. Ah nihil dicis
Par. Eiciẽda hercle est mollicies animi. Nimis mihi indulgeo.
Tandẽ nõ ego illa careã: si sit opus: uel totũ triduũ. Par. Hui
uniuersum triduũ? uide quid agas? Phe. Stat sententia. Par. Dii
boni quid hoc morbi est? adeon homines ĩmutarier ex amore: ut
non cognoscas eundẽ eẽ. hoc nemo fuit minus ineptus: nec magis
seuerus quisq̃. nec magis cõtinẽs. Sed quis hic ẽ q huc ꝑgit? at at
hic qdem ẽ Parasitus gnato militis ducit secũ uirginem dono huic.
pape. facie honesta Mirũ ni egomet turpiter hodie hic me dabo
cũ eo decrepito hoc eunucho. hec supat ipsam Thaidem.

Gnato Parasitus: Parmeno seruus.

Ii immortales homo homini quid ꝑstat: stulto intelligens qd
interest? hoc adeo ex hac re uẽit in mentẽ mihi cõueni hodie
aduenienss quendam mei loci hinc atq; mei ordinis hominem. haud
impurum itidem ut ego patria qui abligurerat bona uideo sentũ:
squalidũ: egrũ: pannis: annisq; obsitũ. quid istuc inquã ornati ẽ?
qm̃ miser qd habui ꝑdidi. Hẽ quo redactus sũ? om̃s me noti: atq;
amici deseruerunt. hic ego illum pre me contẽpsi. quid agis homo

inquam ignauissime. itan parasti: te ut spes nulla in te reliqua siet tibi Simul consilium cũ re amisisti. uiden me ex eodem ortũ loco? Qui color. nitor uestitus que habitudo est corporis: omĩa habeo: neq; quicq̃ habeo. Nihil cum est. nihil desit tamen. At ego ĩfelix neq; ridiculus esse: neq; plagas pati possum. Quid tu his rebus credis posse fieri? tota erras uia. olim isti fuit generi quondã ques/tus apud seculum prius hoc est nouum occupium. ego adeo hanc primus inueni uiam. Est genus hominum qui esse primos omnium rerum se uolunt: nec sunt. hos consector. hisce ego non paro me ut rideant. Sed ultro arrideo: & eorum ingenia admiror simul. Quuicquid dicũt laudo. id rursum si negant nego. laudo id quoq; negat quis nego. ait aio: postremo imperaui egomet mihi omnia assentari. is questus est nunc multo uberior. Parmeno. Scitum hercle hominem. hic homĩes prorsus ex stultis insanos facit. Gna. Dum hec loquimur interea loci ad macellum ubi aduentamus cõ/currunt leti mihi obuiam cupidinarii omnes cetarii: lanii: coqui: fartores: piscatores: aucupes: Quibus & re salua: & pdita ꝓfuerã & prosum sepe. Salutant. ad cenam uocant. aduentum cõgratu/lantur. Ille ubi miser famelicus uidet me tanto honore & tã facile uictũ querere. Ibi homo cepit me obsecrare. ut sibi liceret discere id de me. Sectari iussi. si potis est. & tanq̃ philosophorum habent discipline ex ipsis uocabula. parasiti idtem ut gnatonici uocẽtur. Parmeno. Viden otium: & cibus quid facit alienus? Gna. sed ego cesso ad Thaidem hanc deducere: & rogare ad cenam ut ueniat? Sed Parmenonẽ ante hostiũ Thaidis tristem uideo riualis seruũ. salua res est ni mirum hi homines frigent. Nebulonem hũc certũ est eludere. Parmeno. Hisce hoc munere arbitrantẽ suã Thaidem esse. Gnato. Plurima salute Parmenonem summum suum impitt gnato. Quid agitur. Parmeno Satur. Gnato. Nunquid nã hic quod nobis uides? Parme. Te. Gnato. Credo. Atq; nunqd aliud Parmeno. Qui dum? Gnato. Quia tristis es. Parmeno. Nihil qdẽ Gnato. Ne sis. sed quid uidetur hoc tibi mancipium? Parmeno. Non malum hercle. Gnato. Vro hominem. Parmeno. ut falsus animo es. quam hoc munus esse gratum Thaidi arbitrare? Parm. hoc nunc dices electos hinc nos. omnium rerum heus uicissitudo ẽ Gnato. sex ego te totos menses Parmeno hos quietum reddam: ne sursum deorsum cursites: neue usq; ad lucem uigiles. Et quid beo te? Parmeno. Men. pape. Gnato. sic soleo amicos. Parmeno

laudo. Gnato. detineo te fortasse: tu ꝓfecturus fueras alio? Par.
Nusquam. Gnato. Tum tu igitur paululum da mihi opere fac
ut admittar ad illam. Parmeno. Age modo. nūc tibi patent fores
he. quia istam ducis. Gnato. Num quem euocari hinc uis foras?
Par. Sine biduum hoc pretereat qui mihi nūc uno digitulo fores
aperis fortūatus. Ne tu istas faxo calcibus sepe insultabis frustra.
Gnato. Etiam nunc hic stas Parmeno? ebo nū nam hic relictus
custos: ne quis forte internunctius clam a milite ad istā cursitet?
Parmeno. Facete dictum: mira uero militi que placent. Sed ui/
deon herilem filiū minorem huc aduētare. miror quid ex phireo
huc abierit: nam ibi custos publice est nunc: non temere est: &
properans uenit. Nescio quid circunspectet.

Cherea: Parmeno.

Ccidi neq; uirgo est usq̄. neq; ego illā e conspectu amisi meo.
ubi queram? ubi iuestigem? quē perconter? qua uia? insistā
incertus sum. Vna hec spes est. ubi ubi est. diu celari nō potest.
O faciem pulchram. deleo omnes dehinc ex animo mulieres. tedet
me quotidianarum harum formarum. Parmeno. Ecce aūt alteꝝ
nescio quid de amore loquitur. O infortunatū senem. Hic uero
est qui si occeperit amare ludum iocumq; dices fuisse alterū illum
ꝑut huius rabies que dabit. Cherea. Vt illum dii: deeq; om̄s senem
perdant qui me hodie remoratus est. meq; adeo qui restiterim. tū
autem qui non illum floccifecerī. sed eccum Parmenonem. Salue
Parmeno. quid tu es tristis? quid ue alacris. unde uenis? Cherea.
Ego nescio hercle. neq; unde ueniam: neq; quorsum eam. Ita pr/
sus sum oblitus. Parmeno. Qui queso? Cherea. Amo. Parmeno.
Hem. Cherea. Nunc Parmeno. te ostende qui uir sies: scis tute
mihi sepe pollicitum esse Cherea aliquid inueni modo quod ames.
In ea re utilitatem ego faciam iam: tūc ut cognoscas meā. cum in
cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculū. Parme.
age inepte. Cherea. Hoc hercle factum est. fac nunc sis: promissa
appareant ipsa. Parmeno. si adeo digna res est ubi tu neruos in/
tendas tuos? Cherea. Haud similis est uirgo uirginum nostrarum
quas matres student dimissis hūeris esse: uicto pectore ut graciles
sient si qua est habitior paulo pugilem esse aiunt: deducūt cibum
tam &si est bona natura: reddunt curatura iunceas: itaq; ergo
amantur. Parme. quid tua istec? Cherea. noua figura oris. Par.

pape. Cherea. Color uerus: corpus solidum: & succi plenum. Par. Anni. Cherea. Anni sedecim. Parmeno. Flos ipse. Cherea. Hãc tu mihi uel ui: uel clã: uel precario fac tradda. Mea nihil refert dũ potiar modo. Par. quid? uirgo cuia ẽ? Cherea. Nescio hercle. Par. Vnde est? Che. Tantundẽ. Par. ubi habitat? Che. Nescio id qdẽ. Par. ubi uidisti: Che. In uia. Par. qua ratiõe amisisti: Che. Id quidẽ aduenięs mecũ stomacabar mõ: neq; quenq̃ eẽ ego hominẽ arbitror: cui magis hõe felicitates oms aduerse siet. Par. qd hoc ẽ sceleris: Che. Perii. Par. qd fcm̃ ẽ: Che. rogas: patris cognatum atq; equalem Archimenidẽ nostin: Par. qd ni. Che. Is dum hanc sequor fit mihi obuiam. Par. incõmode hercle. Che. Immo enim uero infeliciter. nã incõmoda alia sunt dicenda. Par. Illũ: liquet mihi deierare: his mensibus sex: uel septem prorsus non uidisse proximis: nisi nunc cũ minime uellẽ minimeq; opus fuit. eho nõne hoc mõstri simile est? quid ais? Par. maxĩe. Cherea. Cõtinuo cur/rit ad me q̃ longe quidem ĩcuruus: tremulus. labiis dimissis: gemẽs heus heus. tibi dico Cherea inquit. restiti. scin quid ego te uolebã? dic. cras est mihi iudicium. quid tũ? ut diligenter nũcies patri tuo aduocatus mane mihi esse: ut meminerit. dum hec loquimur abiit hora. Rogo nunqd uelit? recte inquit. abeo. cum huc respicio ad uirginem. illa sese interea commodũ huc aduerterat in hãc nostrã plateam. Par. Nimirũ hanc dicit mõ huic que data ẽ dono. Che. Cum huc aduenio nulla erat. Par: Comites qui secuti sũt uirginẽ. Che. Verum Parasitus cũ ancilla. Par. ipsa ẽ scilicet. desine iam: conclamatum est. Cherea. Alias res ais. Istuc quidem ego. Cherea Nostin que sit? dic mihi aut uidistin? Parmeno. Vidi & noui. scio quo adducta ẽ. Cherea. Heo. mi Parmeno nostin? Parm. Noui. Cherea Et scis ubi siet? Parmeno. Huc deducta ẽ ad meretricem Thaidẽ: & ei dono data est. Che. Quis is est tam potens cũ tanto munere hoc. Parmeno. Miles Thraso Phedrie riualis. Chrea. Duras fratris partes predicas. Parmeno. Immo enim si scias quod donum huic contra dono comparet: tum magis id dicas. Cherea. Quod nam queso hercle. Parmeno. Eunuchum. Cherea. Illum ne obsecro inhonestum hominem quem mercatus est heri senem & muliebrem? Parmeno. Istuc ipsum. Cherea. Homo quatietur certe cum dono suo foras. Sed istam Thaidem non sciui nobis uicinam. Parmeno. Haud diu est. Cherea. Perii nunq̃ ne etiam

me uidisse illam Ebo·dum dic mihi est ne ut fertur forma. Parm. Sane. Cherea. At nihil ad nostram hanc. Parmeno. Alia res est: Cher. Obsecro hercle Parmeno fac ut potiar. Parmeno. Faciã sedulo: & dabo operam: adiuuabo nunquid aliud me uis? Cherea Quid nunc is domum. Parmeno. Vt mancipia hec ita ut iussit frater deducam ad Thaidem. Cherea. O fortunatum istum Eu/ nuchum quiquidem in hanc detur domum. Parmeno. Quid ita? Cherea. Rogitas? Sũma forma: conseruam semper domi: uidebit: colloquetur·aderit una·in unis edibus cibum nonnunq̃m capiet. cum ea interdum propter dormiet. Parmeno Quid si nunc tute fortunatum scias? Cherea. quare Parmeno responde? Parmeno. capias tu illius uestem. Cherea. uestem quid tũ postea? Parmeno. pro illo te ducam. Cherea Audio. Parmeno. Te illum esse dicam. Cherea. Intelligo. Parmeno Tum illis fruare commodis: quibus tu illum dicebas modo cibum una capias: adsis tangas: ludas: propter dormias. quandoquidem illarum neq; te quisq̃ nouit: neq; scit qui sies. preterea forma & etas ipsa est facile ut pro Eunucho probes. Cherea. Dixti pulchre? nunquã uidi melius consilium dari. Age eamus intro. nunc iam orna me. Abduc quantum potes. Parmeno Quid agis? iocabar equidem. Cherea. Garris. Parmeno. Perii. qd ego egi miser? quo trudis? perculeris iam tu me? tibi equidem dico mane. Cherea. Eamus. Parmeno. Pergin. Che. Certum est. Par. Vide ne nimium callidum hoc siet modo. Cherea. nõ ẽ profecto sine. Parmeno. Atenim istec incudetur me faba. Ah Flagitium facinus. Cherea. An id flagitium est: si in domum meretriciam de/ ducar? & illis crucibus que nos: nostramq; adolescentiam habent despicatam: & que nos semper excruciãt omnibus modis nunc re/ feram gratiã: atq; eas itidem fallam: uti ab his fallimur An potius hec pati? equm est fieri: ut a me ludantur dolis. quod qui resciérít culpent, & istud factum merito omnes putent. Parmeno. Quid istuc? si certum est facere? facias. uerum ne post conferas culpam in me. Che. Nõ faciã. Par. Iubes ne? Che. Iubeo. ímo cogo atq; Impo. Par. nũq̃ defugiã autoritatẽ. sequere. Che. Dii uortãt bñ:

Traso: Gnato: Parmeno

Agnas uero agere gratias Thais mihi Gna. Ingẽtes Traso: Ain q; leta est. Gna. Non tam ipso quidem dono q̃m abs te datum esse id uero serio triumphat. Parmeno. huc prouiso ut ubi tempus siet hos deducã. Sed eccum militem. Traso. Est istuc datũ

profecto ut grata sint mihi oīa que facio. Gnati aduorti hercle
animum. Traso. uel Rex semper maximas gratias mihi agebat.
quicquid feceram. alus uon itidem. Gnato Labore alieno magnā
partam gloriam uerbis. sepe in se transmouet qui habet salem: qui
in te est. Traso. Habes. Gnato. Rex te ergo in oculis? Traso.
Scilicet Gnato. Gestire? Tra. Verum omnem credere exercitū:
& consilia. Gna. Mirum. Tra. Tum si cubi eum sacietas hominū
aut negocii siquando odium ceperat requiescere ubi uolebat: q̄si
nostin? Gnato. Scio. Quasi ubi illam expueret miseriā ex animo
Traso. Tenes. tum me conuiuam solum adducebat sibi. Gnato.
Hui Regem elegantem narras. Traso. Immo sic homo est per/
paucorum hominum. Gnato. immo nullorum arbitror si tecum
uiuit. Tra. Inuidere omnes mihi: mordere clanculum. Ego floc/
cipendere. illi inuidere misere. Verum unus tn̄ impense elephātis
quē indicis prefecerat. Is ubi molestus magis mihi est queso inquā
Strato: eo ne es ferox quia habes Imperium in beluas. Gnato.
Pulchre me hercle dictum. & sapienter. pape. iugularas hominē
Quid ille? Traso. Mutus illico Gnato. Quid ni esset? Parmeno.
Dii uestram fidem hominem perditum: miserumq; & illū sacrilegū.
Tra. Quid illud Gnato? quo pacto Rhodium tetigerim ī cōuiuio
nunquid tibi dixi? Gnato. Nunq̄. sed narra obsecro. plus millies
audiui. Traso. Vna in cōuiuio erat hic quem dico Rhodius ado/
lescētulus. forte habui scortum. cepit ad id ludere: & me irridere.
Quid agis homo impudens inquam lepus tute es: & pulpamentum
queris. Gnato. Aha he. Traso. Quid est? Gnato. Facete. lepide.
laute. nihil supra. Tuum ne obsecro te hoc dictum erat? uetus
credidi. Traso. Audieras. Gnato. Sepe effertur in primis. Traso.
Meum est. dolet dictum impudenti adolescenti & libero. Parme.
At te dii perdant. Gnato. Quid ille queso? Traso perditus ē. risu
omnes qui aderant emoriri. deniq; metuebant omnes iam me. Gna.
Non iniuria. Tra. Sed heus tu purgem ego me de istac Thaidi
ꝙ eam me amare suspicata est. Gnato. Nihil minus. Immo auge
magis suspitionem. Traso. Cur? Gnato. Rogas? scin? si quando illa
mentionem Phedrie facit: aut si laudat te ut male urat. Traso.
Sentio. Gna. Id ut ne fiat: hec res sola ē remedio. ubi nominabit
Phedriā Tu Pāphilā cōtinuo. si quādo illa dicet: Phedriā intro/
mittamus cōmessatū tu Pāphilā cātatū prouocemus. Si laudabit
hec illius formā. tu huius cōtra. deniq; par pari referto quod eam

mordeat. Traso. Siquidem me amaret: tū istuc prodesset Gnato. Gan. Quando illud qđ tu das expectat: atq; amat: iā dudū illi facile sit q̧ doleat meru: & semper quem ipsa nunc capit fructum ne quando tu iratus alio conferas. Tra. Bene dixti. at mihi istuc non in mentem uenerat. Gna. Ridiculū. nō enī cogitaras. uerum idem hoc tute melius quāto inuenisses Traso.

Thais. Traso. Parmeno. Gnato. Pitias.

Vdire uisa sum uocem modo militis: atq; eccū. salue mi Tra. Traso. O Thais mea meum suauium quid agitur? & quid nos amas de fidicina hac? Parmeno. Quam uenuste quod dedit principium aduenięs. Tha. Plurimum merito tuo. Gna. Eamus ergo ad cenam. quid instas. Parmeno. Hem alterum ex homine hunc natū dicas. Tha. Vbi uis non moror. Par. Adibo: atq; as/simulabo: q̄si nūc exeā. Itura Thais quopiā es? Tha. Hē. Par. bene pol fecisti. hodie itura. Par. quo? Tha. Quid hūc nō uides: Parm. Video. & me tedet. ubi uis dona tibi adsunt a Phedria. Tra. quid stamus? cur nō imus hinc? Par. Queso hercle ut liceat pace qđ fiat tua dare huic que uolumus. cōuēire: & colloq. Tra. Perpulchra credo dona. haud nostris similia. Par. Res indicabit: heus iubete istos exire foras. quos iussi ocius. Procede tu huc. ex Ethiopia est usq; hec. Tra. Hic sunt tres mine. Gna. Vix. Par. Vbi tu es Dore. accede huc. Hem Eunuchū tibi. q̄ liberali facie: q̄ etate integra. Tha. Ita me dii ament. honestus ē. Par. Quid tu ais gnato? nūqd habes qđ contēnas? Quid tu aūt Traso? tacēt satis laudant. fac periculū in litteris. fac in palestra: in musicis que liberum scire equm est: adolescentem solertem dabo. Tha. Ego illum Eunuchū si opus siet ꝓbabo uel si sobrius ē. Par. atque hec qui misit nō sibi soli postulat te uiuere: & sua cā excludi ceteros. neq; pugnas narrat. neq; cicatrices suas ostētat. neq; tibi obstat qđ quidē facit. uerū ubi molestū nō erit. ubi tu uoles: ubi tēpus erit sat habet si tum recipit̄. Tra. Appet seruū hūc eē domini paupis: miseriq;. Gnato. Nam hercle nemo possit sat scio. qui haberet: q pararet aliū hūc ꝑpeti. Par. Tace tu quē ego te eē infra ĩfimos omnes puto homines. Nam qui assentari huic animū induxeris ex flamma te petere cibum posse arbitror. Iam ne imus. Tha. Hos prius introducā. & que uolo simul imperabo. postea cōtinuo exeo Tra. Ego hinc abeo. tu istam operire. Par. nō conuenit una ire cum amica imperatorē in uia. Traso. Quid tibi ego multa dicam?

domini similis ē. Gnato. Ha ha he. Tra. Quid rides? Gnato istuc quod dixisti mó. & illud de Rhodio dictum in mentē uenit. sed Thais exit. Tra. Abi precurre ut sint domi parata. Gnato. Fiet. Thais diligenter. Phitias fac ut cures. si forte huc Chremes aduenerit. ut ores primū ut maneat: si id non cōmodū ē ut redeat. si id non poterit: ad me deducite. Phi. ita faciā. Tha. Quid. qd aliud uolui dicere? hem curate istam diligenter uirginē. domi ut adsitis facite. Tra. Eamus. Tha. Vos me sequimini.

Chremes. Phitias.

Rofecto quanto magis magisq; cogito: nimirum dabit hec Thais mihi magnum malum. Ita me ab ea astute uideo labefactarier. Iam tum cū primum iussit me ad sese accersier domū. Roget quis. quid tibi cum ea. nec noram quidem. Vbi ueni. causā ut ibi manerem reperit. Ait rem diuinam fecisse se. & rem seriam uelle agere mecum. Iam tū erat suspitio dolo malo hec fieri omnia. Ipsa accumbere mecum mihi sese sermonem querere. ubi friget. huc euasit. q̄pridem pater mihi & mater mortui essent. dico iā diu. rus Summi: & quod haberem: & q̄m lóge amari credo ei placere: hoc sperat se posse a me auellere? postremo hec: qua in die parua perisset soror. & quis cum ea una. quid habuisset cum periit: & qs eam posset noscere? Hec cur queritet. nisi illa forte que olī periit paruula soror. hanc se intendit esse. ut est audacia. uerum ea si uiuit annos nata est sedecim. Thais. q̄ ego sum maiuscula ē. Misit porro orare ut uenirem serio: aut dicat quod uult. aut molesta ne siet. Non hercle ueniam tertio heus: heus. Phitias. Hem quis est hic? Chremes. Ego sum Chremes. Phitias. O capitulum lepidissimum. Chremes. dico ego insidias mihi fieri. Phitias. Thais is maximo te orabat ope ut cras redires. Chremes. Rus eo. Phitias. Fac amabo. Chre. non possum inq̄. Phitias. At tu apud nos hic mane: dū redeat ipsa. Chre. Nil minus. Phitias. Cur mi Chremes? Chre. Malā in rem hinc abis. Phi. Si istuc ita certū tibi ē amabo ut illuc transeass ubi est illa. Chremes. Eo Phi. Abi Dorias cito. hunc deduc ad militem.

. Antipho.

Eri aliquot adolescētuli coimus in Phireo in hūc diem ut de simbolis eēmus: chereā huic rei pfecimus: dati sūt anuli. locus. tēpus cōstitutū ē. Preterit tēpus quo in loco dcm̄ ē parati nihil est. homo ipse nusq̄ est; neq; scio quid dicam: aut quid cōiectem.

Nunc mihi hoc negocii ceteri dederunt ut illum queram. Ibo ad eum. Visam si domi sit? Sed quisnam hinc a Thaide exit? Is est? an non? ipsus est: hoc quid hominis? qui hic ornatus est: quid illud mali est? nequeo satis mirari. neq; conicere: nisi quicquid est hinc: libet prius quod scisc itarier.

Cherea. Antipho

Vm quis hic est? nemo est. num quis hinc me sequitur. nemo homo est. iam ne erumpere mihi hoc libet gaudium? proch Iupiter. Nunc est profecto tempus interfici: cum me perpeti pos/sum. ne hoc gaudium contaminet uitam egritudine aliqua. Sed ne/minem hic curiosum interuenire nunc mihi qui me sequatur. quiq; iam rogitando obtundat. enecet. quid gestiā. aut letus qd sim unde emergā. ubi siē uestitū hūc nactus. qd mihi querā? sanus sim an ne insaniā? Anti. Adibo. at ab eo gratiam hanc quam uideo uelle inibo Cherea. quid est quod sic gestis? aut quid sibi hic uestitus querit? quid est hoc ꝙ letus sis? quid tibi uis? satin sanus es? quid me aspectas? quid taces? Che. O festus dies hominis: amice salue. Nemo est omnium quem ego nunc magis cuperem mihi dari: q̄ te. Anti. Narra istuc queso quid siet? Cherea. Immo ego te obsecro hercle ut audias istud. nostin hanc quam amat frater. Anti. Noui nempe, ut opinor Thaidem. Che. Ipsam istam. Anti. Sicut com/memineram. Cherea. Hodie quedam est ei dono data uirgo. Quid eius nunc tibi faciem predicem: aut laudem Antipho? cum ipsum me noris q̄ eligans formarum spectator siem. in hac commotus sum Antipho? Ain tu? Cherea. Primam dices scio si uideris. quid multa uerba: amare cepi. forte fortuna domi erat quidam eunuchus: quē mercatus frater fuerat Thaidi Neq; is deductus etiam tum ad eam submonuit me Parmeno ibi seruus: quod ego arripui. Antipho. Quid id est? Cherea. Tacitus. sis. citius audies. ut uestem cum illo mutem: & pro illo iubeam me illuc deducier. Antipho. Pro eunuchon. Cherea. Sic est. Antipho. Quid ex ea re tantum caperes commodi? Cherea: Rogas. ut uiderem. audirem: & essem una qua cum cupiebam: Antipho. num parua causa aut parua ratio est. traditns sum mulieri. Illa illico ubi me accepit leta uero ad se adducit domum. commendat uirginem. Antipho. Cui? tibi ne? Cherea. Mihi. Antipho. satis tuto tamen. Cherea. Edicit ne uir quisquam ad eam adeat: & mihi ne abscedam imperat. & in interiore parte ut maneam solus cum sola. annuo terram intuens

modeste. Antipho. Miser. Cherea Ego inquit ad cenam hinc eo. adducit secum ancillas pauce que circa illã essent: remanẽt nouicie puelle. Continuo he adoruant ut lauent. adhortor ut properent. dum apparatur: uirgo in conclaui sedet suspectans tabulam quan/dam pictam ubi inerat pictura hec. Iouem quo pacto Damdnes misisse aiunt quondam in gremium ymbrem aureũ: egomet quoq; id spectare cepi. & quia consimilem luserat iam olim ille ludum. inpendio magis animus gaudebat mihi. deum sese in hominem con/uertisse & per alienas tegulas uenisse clanculum per impluuium: fucum factum mulieri. at quem deum: qui templa celi summa so/nitu concutit. ego homuntio non facerem. Ego uero istud ita feci. ac lubens dum hec mecum reputo. accersitur lauatum. interea uirgo it: lauit: redit. deinde eam in lecto collocant. Sto spectans si quid mihi imperent. uenit una heus tu inquit Dore cape hoc flabellum & uentulum huic sic facito. dum lauamur: ubi nos la/uerimus si uoles lauato. accipio tristis. Antipho. Tum equidem istuc os tuum impudens uidere nimium uellem quis status esset & flabellnm tenere te asinum tantum. Cherea Vix elocuta est hec. foras simul omnes proruunt se: abeunt lauatum prostrepunt ita ut fit ubi domini absunt. Interea somnus uirginem opprimit. Ego limis aspecto oculis sic per flabellum clanculum: & simul alia circumspecto. satin explorata sint. uideo esse. pessulum hostio abdo. Antipho. Quid tũ? Cherea. Quid tũ: fatue. Antipho. Fa/teor esse. Che. An ego mihi occasionẽ ostentatam tantam. & tam breuem: & tam optatam: & tam insperatam amitterem: tum pol is essem uere cui assimular. Anti. Sane hercle ut dicis. Sed interim de simbolis quid actum est: Cherea. paratum est. Antipho. Frugi es. ubi: domin: Cherea. Immo apud libertum discum. Antipho. perlonge est. sed tanto otius properemus. muta uestem. Cherea. Vbi mutem: perii. nam domo exulo. nunc metuo fratrem ne intus siet: porro autem pater ne rure redierit iam. Antipho. Eamus ad me ibi proximum est: ubi mutes. Cherea. Recte dicis. eamus & & de istac simul quo pacto possim porro potiri consilium uolo ca/pere una tecum. An. Fiat.

Dorias.

Ta me dii ament bene quantum ego illum uidi. non nihil timeo misera ne quam ille hodie insanus turbam faciat aut uim Thaidi nam postq̃m iste aduenit Chremes adolescens frater

uirginis militem rogat. ut eum admitti iubeat. ille continuo irasci neq; negare audere. Thais porro instare ut hominem inuitet. id faciebat retinendi illius causa : quia illa que cupiebat de sorore illius indicare ad eã rem tempus non erat. inuitat tristis mansit ibi illa cum illo sermonem incipit. miles uero sibi putare adductum ante oculos emulum. uoluit facere contra huic egre. heus inquit puer Pamphilam accerse ut delectet hic nos. illa exclamat mi/nime genitum in conuiuium illam? miles tendere inde ad iurgium. interea aurum sibi clam mulier demit. dat mihi ut afferam. hoc est signi ubi primum poterit se illinc subducet certe scio.

. Phedria

Vm rus eo cepi egomet mecum inter uias ita ut fit ubi quid in animo est molestie : aliam rem ex alia cogitare : & ea omnia in peiorem partem uertere. Quid opus est uerbis? dum hec reputo preterii imprudens uillam iam longe abiectam cum sensi. redeo rursum. male me uero habens. ubi ad ipsum ueni diuerticu/lum: constiti. occepi mecum cogitare hem biduum hic manendum est soli sine illa? Quid tũ postea nihil est? quid? nihil? si non tan/gendi copia est eho ne uidendi quidem erit? Si illud non licet. saltem hoc licebit. Certe extrema linea amare non nihil est. Villam pretereo sciens: Sed quid hoc ẽ ꝙ timida subito egreditur Phitias.

Phitias. Dorias. Phedria.

Bi ego illum scelerosum misera : atq; impium inueniam? at u bi queram? hoccine tam audax facinus esse ausum facere perii. Phedria. Hoc quid sit uereor. Phitias. Quin etiam insuper scelus postq̃ ludificatus est uirginem. uestem omnem misere discii dit. tum illam capillo conscidit. Phedria. Hem Phitias. Qui nunc si detur mihi ut ego unguibus facile illi in oculos inuolem uene/fico. Phedria. Nescio quid profecto absente nobis turbatum est domi. Adibo: Quid istuc. quid festinas? aut quem queris Phitias? Phiti. Hem Phedria. egon quem queram: Abi hinc quo dignus es cum donis tuis tam illepidis. Phedria. Quid istuc est rei? Phi. Rogas me? Eunuchus quem dedisti nobis quas turbas dedit uirgi/nem quam here dederat dono miles uitiauit. Phedria. Quid ais? Phitias. Perii. Phedria. Temulenta es. Phitias. Vtinam sic sint qui mihi male uolunt. Dor. Hau obsecro mea Phitias. quid istuc nam monstri fuit? Phedria. Insanis. quid istuc facere

Eunuchuſ potuit. Phitiaſ. Ego illum neſcio qui fuerit. hoc quod fecit reſ ipſa indicat. uirgo ipſa lachrimat. neq; cum rogiteſ quid ſit audet dicere. Ille autem bonuſ uir nuſq̃ apparet etiam hec mi/ ſera ſuſpicor aliquid domo abeuntem abſtuliſſe. Phedria. Nequeo mirari ſatiſ quo ille abire ignauuſ poſſet longiuſ: niſi domum for/ te ad noſ rediit. Phitiaſ. Viſe amabo. num ſiet. Phedria. Iā faxo ſciaſ. Doriaſ. Perii. obſecro tam infandum facinuſ mea ne audi/ uiſti? ne audiui quidem. Phedriaſ. At pol ego amatoreſ audieram mulierum eſſe maximoſ. ſed nihil poteſſe. Verum miſere non in mentem uenerat. nam illum aliquo concluſiſſem: neq; illi commi/ ſiſſem uirginem.

Phedria. Eunuchuſ. Phitiaſ. Doriaſ.

Xi foraſ ſceleſte: At etiam reſtitaſ? fugitiue prodi. prodi male conciliate. Eunuchuſ. Obſecro te. Phe. Eho illud uide oſ ut ſibi diſtorſit carnifex. quid huc reditio eſt? quid ueſtiſ mutatio? quid narraſ? paululum ſi ceſſaſſem Phitiaſ domi nō offē/ diſſem. ita iam ornabat fugam. Phitiaſ. habeſ ne hominem ama/ bo? Phedria. Quid ni habeam. Phitiaſ. O factum bene. Doriaſ. Iſtuc pol. uero bene. Phitiaſ. ubi eſt? Phedria. Rogaſ: nonne uideſ? Phitiaſ. Videam obſecro. quem? Phedria. Hunc ſcilicet. Phitiaſ. Quiſ hic ē obſecro homo? Phedria. Qui ad noſ deductuſ eſt hodie. Phitiaſ. Hunc oculiſ ſuiſ noſtrarum nunq̃ quiſquam uidit Phedria. Phedria. Non uidit? Phitiaſ. An tu hunc credi/ diſti obſecro ad noſ deductum? Phedria. Nam quem alium ha/ bui? neminem Phitiaſ. Au ne comparanduſ hic quidem ad illum eſt. Ille erat honeſta facie & liberali. Phedria. Ita uiſuſ eſt dudū quia uaria ueſte exornatuſ fuit. nunc eo uidetur feduſ quia illam non habet. Phitiaſ. Tace obſecro. quaſi paululum interſit. ad noſ deductuſ eſt hodie adoleſcentuluſ: quem tu uidere uelleſ Phedria hic eſt uetuſ. uictuſ. ueternoſuſ. ſenex. colore muſtelino. Phedria Hem que eſt fabula? eo redigiſ me ut quid egerim egomet neſci/ am: eo tu enim: ego te? Eunuchuſ. Emiſti Phitiaſ. Iube mihi de/ nuo ut reſpondeat. Phedria. Roga. Phitiaſ. Veniſtin hodie ad noſ? negat. at ille alter uenit ad noſ annoſ natuſ ſedecim. quem ſecum adduxit Parmeno. Phedria. Age dum hoc nunc mihi expedi primum iſtam quam habeſ. unde habeſ ueſtem? taceſ? mouſtrum hominiſ non dicturuſ eſ? Eu. Venit Cherea. Phedria Frater ne? Eunuchuſ. Phe. Ita. Phe. Quando. Eunu. Hodie

Phedria. Quam dudum? Eunuchus. Modo. Phedria. Qui cum.
Eunuchus. Cum parmenone. Phedria. Noras ne eum prius? Eu.
Non. nec quis esset usq audieram dicier. Phedria. Vnde igitur
esse fratrem meum sciebas? Eunu. parmeno. dicebat eum esse. Is
dedit mihi hanc uestem. Phedria. Occidi Eunu. Meam ipse in/
duit. post ambo exierunt foras. Phitias. Iam satis credis sobriam
esse me. & nihil mentitam tibi: iam satis certum est uirginem uitia/
tam esse. Phedria, Age bellua nunc credis huic que dicat? Phitias.
Quid huic credam? res ipsa indicat. Phedria. Concede istuc pau/
lum. audin etiam nunc paululum. sat est dic dum hoc rursum Che/
rea tuam uestem detraxit tibi. Eunu. Factum. Phedria. Et eam
est indutus. Eunuchus. Factum. Phedria. Et pro te huc deductus
est. Eunu. Ita. Phedria. O Iupiter magne. O scelestum atq; au/
dacem. Phitias. Ve mihi etiam non nunc credas indignis nos esse
irrisas modis. Phedria. Mirum si tu credis quod iste dicat. Phitias.
Quid agam nescio. Phedria. Heus negato rursú. possum ne ego
hodie ex te exculpere uerum. Vidistin fratrem Chercam? Eu.
Non Phe. Non potes sine malo fateri uideo. sequere hac. modo
ait modo negat. Ora me. Eunuchus. Obsecro te uero Phedria.
Phedria. Intro. Eu. Oy ey ay. Phe. Alio pacto honeste quõ
hinc abeam nescio. Actum est. siquidem tu me etiam hinc nebulo
ludificabere Phi. Parmenonis tam scio esse hanc tegnam: q me
uiuere. Do. sic est Phitias. Inueniam pol hodie parem ubi ei rei
feram gratiam. Sed nunc quid faciundum suades Dorias. Do. De
istac rogas uirgine? Phitias. Ita utrum ne taceam: an predicem.
Do. Tu pol si sapis quod scias nescis de Eunucho: neq; de uitio
uirginis. hac re & te omni turba euolues: & illi gratiam feceris. id
modo dic abisse Dorum. Phitias. Ita faciam Do. Sed age uideo
Chremen, Thais iam aderit. Phitias. quid ita? Do. quia cum inde
abeo iam tum ceperat turba inter eos. Phitias. Tu aufer aurú hoc
ego scibo ex hoc quid siet.

Chremes. Phitias.

Tat data mihi hercle uerba sunt: uicit me uinum quod bibi
at dum accubabam: q uidebar mihi perpulchre sobrius postq
surrexi. neq; pes: neq; mens satis suum officium facit. Phitias. O
Chremes. Chremes. Quis est? hem phitias. uah quanto nunc for/
mosior uidere mihi q dudum. Phi. Certe tu pol multo hilarior qdẽ
Chremes. Verbú hercle hoc uerum est. sine cerere & bacho friget

uenus.sed Thais multo ante me uenit. Phitias. An ne abiit iam a milite? Chre. Hercle iam dudũ etate Lites facte sũt inter eos maxie. Phi. Ehi.nihildixit ut sequerere sese? Chre. Nihil nisi abiẽs mihi innuit. Phi. Eho nonne id sat erat? Chre. At nesciebam id dicere illam nisi quia correxit miles.quod ego intellexi minus.nã me extrusit foras . sed eccam ipsam uideo . miror ubi ego huic auteuorterim.

Thais. Chremes. Phitias.

Redo equidem illum iam affuturum ut illam a me eripiat: siue ueniat atqui illam digito si attigerit uno: oculi illico effodiẽt usq; adeo illius ferre possum ineptias: & magnifica uerba . uerba dum sient.uerumenim si ad rem conferentur uapulabit.Chremes. Thais ego iam dudum hic adsum. Tha. O mi Chreme teipsũ ex/pecto.scin tu turbam hanc propter te esse factam? & adeo ad te attinere hanc omnem rem? Chre. ad me qui? quasi istuc? Thais. Quia dum tibi sororem studeo reddere : ac restitnere : hec atq; istiusmodi sum multa passa.Chremes. Vbi ea est? Tha. domi apud me. Chremes. Hem. Thais . Quid est? educta est ita uti te illaq; dignum est. Chrewes. Quid ais? Thais Id quod est hanc dono do tibi: neq; repeto pro illa quicq̃ abste preci. Chremes. Et habeõ: & refertur Thais a me ita uti tu merita es gratia. Thais. Atenim caue ne prius q̃ a me hanc accipias amittas Chremes. nam hec ea est . quam miles a me ui nunc ereptum ueuit. abi tu Cistellam Phitias domo effer cum monimentis Chremes uiden tu illũ Thais ubi sita est? Tha. In risco. odiosa cessas? Chremes. Militem secum ad te quantas copias adducere. atat. Tha. Num formidolosus es obsecro mi homo. Chre. Apagesis egõ formidolosus? nemo est ho/mo qui uiuat minus. Tha. Atq; ita opus est . Chre. Au metuo? qualem tu me hominem existimes. Thais. Immo hoc cogitato. q cum res tibi est peregrinus est. minus potens: q̃ tu: minus notus: minus amicorum hic habens.Chremes. Scio istuc. sed tu quod ca/uere possis stultum admittere est.malo ego nos prospicere? q̃ hunc ulcisci accepta iniuria. tu abi: atq; obsera hostium intus dum ego hinc transcurro ad forum. Volo ego adesse hic aduocatos nobis in turba hac. Tha. Mane. Chre. Melius est. Tha. Mane. Chre. Dimitte. iam adero. Tha. nihil opus est istis Chremes. hoc modo dic sororem esse illam tuam: & paruã te uirginẽ amisisse: nũc cognos/cetur. signa ostende. Phi. adsunt. Tha. Cape. si uim faciet. in ius

ducito hominem. intellexistin? Chremes. Probe. Thais. Fac hec animo ut presenti dicas Chremes. Faciam. Tha. Attolle pallium perii. huic ipsi opus est patrono quem defensorem paro.

Traso. Gnato. Sanga Chremes. Thais.

Ancine ego ut contumeliam tam insignē in me accipiā Gna. mori me satius est. Simallio: Dorax: Syrisce: sequimini me. primum edes expugnabo. Gnato. Recte. Traso. uirginem eripiā Gna. Probe. Tra. male mulctabo ipsam. Gna. pulchre. Tra. In medium huc agmen conue te Dorax. tu Simallio in sinistrū cor/nu. tu Syrisce in dextrum. cedo alios. ubi centurio est Sanga & manipulus furum? San. Eccum: adest. Tra. Quid ignaue cum peniculon pugnare. qui istnc portes cogitas? Ego ne imperatoris uirtutem noueram & uim militū sine sanguine hoc non posse fieri. qui abstergerem uulnera? Tra. ubi alii? San. quid malum alii? solus Sannio seruat domum. Tra. Tu hosce instrue Hic ego uero post principia ero. Inde omnibus signum dabo. Gna. Illud est sa/pare: ut hosce instruxit. Ipsus sibi cauit locum. Idem iā hoc Pir/rhus factitauit. Chremes. Viden tu Thais quam hic rem agit? ni/mirum consilium illud rectū est de occludendis edibus. Tha Sane. qui tibi uir nunc uidetur esse hic nebulo? magnus est ne metuas. Tra. quid tibi uidetur? Gna. Fundam tibi nunc nimis uellem dari ut tu illos procul hinc ex occulto cederes ut facerent fugam. Tra. Sed eccam Thaidem ipsam uideo. Gna. Quam mox irruamus. Tra. Mane. omnia prius cousilio experiri: q̄ armis sapientem de/cet Qui scis? an que iubeam sine ui faciat? Gna. Dii uostram fidem quanti est sapere. nunq̄ accedo ad te: quin abs te abeam doctior. Tra. Thais primum hoc mihi responde. cum tibi do istā uirginē dixtin hos dies mihi soli dari te. Tha. Quid tū postea? Tra. Ro/gitas? quem mihi ante oculos coram amatorem adduxisti tuum? Tha. Quid cum illo agis? Tra Et cū eo clam tute subduxti mihi Tha Libuit. Tra. Pamphilam ergo huc redde: nisi ui mauis eri/pi. Chre. tibi illam reddat. aut tu illam tangās omniū. Gna. Quid agis? tace. Chre. Quid tu tibi uis? Tra. Ego meam non tangam? Chre. Tuam autem furtifer. Gna. Caue sis nescis cui maledices nūc uiro? Chre. Nō tu hinc abis? scin tu ut res sese habeant tibi si qcq̄ hodie hic turbe feceris: faciam ut huis loci: dieiq;: meiq;: semper memineris. Gna. miseret me tui qui hunc tantum hominem facias inimicū tibi. Chre. Diminuem ego capnt tibi hodie: nisi abis: Gna.



Ain uero canis? sic ais? Tra. Quis tu homo es? quid tibi uis? qd cũ
illa rei tibi est? Chre. Scibis. principio eam esse dico liberam. Tra.
Hem. Chre. Ciuem Atticam: Tra. Hui. Chre. Meam sororem.
Tra. Os durum Chre. Miles nunc adeo edico tibi ne uim facias
ullam in illam. Ego eo ad Sophronam nutricem ut eam adducã
& signa ostendam hec. Tra. Tu ne prohibebis meam ne tangam.
Chre. prohibebo inquã. Gna. Audin tu hic furti se alligat. Chre.
Satis hoc tibi ẽ. Tra. Idẽ tu hoc ais Thais. Tha. Quere q respõ/
deant. Gna. Quid nunc agimus quin redeamus Hec tibi iã aderit
supplicans ultro Tra. Credin? Gna. Immo certe noui ingenium
mulierum. Nolunt ubi uelis: ubi nolis cupiunt ultro. Tra. Bene
putas. Gna. Iam dimitto exercitum. Tra. Vbi uis. Gna. Sanga
ita tibi fortes decet milites domi: focioq; fac uicissim ut memineris.
San. Iam dudũ animus est in patinis. Gna. Frugi es. San. Vos
me hac sequimini.

Thais. Phitias.

Ergin scelesta mecũ perplexe loqui? scio. nescio. abiit. au/
diui. ego nõ affui. nũ tu mihi istuc dictura apte es quicquid
est? uirgo concissa neste lachrimãs obticet Eunuchus abiit quãob/
rem? quid factum est? taces? Phi. Quid tibi ego misera dicam. illũ
Eunuchum negant fuisse. Tha. Quis fuit igitur? Phi. Iste Che/
rea. Tha. Qui Cherea? Phi. Iste Ephebus frater Phedrie. Tha.
Quid ais uenefica? Phi. Atqui certe comperi. Tha. Quid is obse/
cro ad nos uenit: aut quamobrem adductus est. Phi. Nescio nisi
amasse credo Pamphilam. Tha. Hem misera occidi infelix siqdem
tu istec uera predicas. num id lachrimat uirgo Phi. Id opinor.
Tha. Quid ais sacrilega? istuccine interminata sum hinc abiẽs tibi
Phi. Quid facerem: ita ut tu iussisti soli credita est. Tha. Scelesta
ouem lupo commisisti. dis pudet sic mihi data esse uerba. quid illic
hominis est. Phi. Hera mea tace obsecro. salue sumus habemus ho/
minem ipsum. Tha. Vbi is est? hem ad sinistram uides ne? Tha.
Video. Phi. Iube illum apprehendi quantum potes. Tha. quid
illi faciemus stulta. Phi. Quid faciam rogas? uide amabo. si nõ cũ
aspicias os impudens non uidet. Tha. Nõ est. Phi. Tum que eius
confidentia est.

Cherea. Thais. Phitias.

Pud Antiphonem uterq; mater: & pater quasi dedita opera
domi erant. ut nullo modo introire possem quin uiderẽt me.

Interim cum ante hostium sto. notus mihi quidam obuiam uenit.
ubi uidi egomet erexi in pedes me quantum queo in Angipor/
tum quoddam desertum. inde item in aliud. Ita miserrimus fui fu/
gitando ne quis me cognosceret. Sed ne hec Thais quam uideo?
ipsa est. hereo quid faciã? quid faciet mihi? Quid mea autẽ? Tha.
Adeamus bone uir Dore. salue. dic mihi aufugistin? Che. Hera
ita factnm. Tha. Satin id tibi placet? Cherea. Nõ Tha. Credin
te impune abiturum. Che. Vnam hanc noxiam ammitte: Si aliã
admisero unq̃ occidito. Tha. Num meam seuiciã ueritus es? Che.
Non. Tha. Quid igitur? Che. Hanc metui ne me criminaretur
tibi. Thais. Quid feceras? Che. Paululum quidem. Tha. Eho
paululum impudens. An paululum hoc esse uidetur uirginem ui/
tiare Ciuem Che. Conseruam esse credidi. Phi. Vix contineo quí
inuolem monstrum etiam ultro derisum aduenit. Tha. Abi hinc
insana. Phi. Quid ita uero abeam Credon isti quicq̃ furcifero?
presertim cum sese seruum fateatur tuum. Tha Missa istec faci/
amus. non te dignum Cherea. fecisti. Nam sic ego digna contu/
melia hac sum maxime: at tu indignus qui faceres. tamen neq;
edepol quid ne consilii capiam scio de uirgine istac. ita cõturbasti
mihi rationes omnes. ut eam non possum suis ita ut equum fuerat.
atq; ut studui tradere: ut solidum pararem hoc mihi beneficium
Cherea. Che. At nunc dehinc spero eternam inter nos gratiam
fore Thais. Sepe ex huiuscemodi te capiam. & ex malo principio
magna familiaritas conflata est. Quid scis si hoc quispiam uoluit
deus? Tha. Equidem pol in eam partem accipioq; & uolo. Immo
ita queso unum hoc scito coutumelie non me fecisse causa: sed a/
moris. Tha. Scio. & pol propterea magis nunc ignosco tibi. Non
adeo inhumano Cherea sum ingenio: neq; tam imperita: ut quid
amor ualeat nesciam. Che. Te quoq; iam Thais ita me dii bene
ament amo. Che. Tũ pol tibi ab isto Cherea cauendũ intelligo eẽ.
Che. Non ausim. Phi. Nihil tibi quicq̃ credo. Thais. Desinas.
Che. Nunc ego te in hac re mihi oro ut adiutrix sies. ego me tue
commendo? & committo fidei. te mihi patronam capio Thais. te
obsecro: emoriar si nõ hãc uxorem habeã. Tha. Tamen si pater?
Che. Quid? aduolet certe scio. modo hec sit Ciuis. Tha. Paululum
opperirier si uis: iam frater ipse hic aderit uirginis. nutricem accer/
situm iuit: que illam aluit paruulam in cognoscendo tuteipse ade/
ris Cherea. Che. Ego uero maneo. Tha. Vis ne interea dum is

uenit: domi operiamur: potiusq̃ hic ante hostium? Che. Immo percupio. Phitias. Quam tu rem actura es obsecro. Thais. Nam qd ita? Phitias. Rogitas? hunc tu i edes cogitas recipere post hac? Tha. Cur non? Phitias. Crede mihi hoc dabit hic turbam aliquã denuo. Thais. Au tace obsecro. Phitias. parum perspexisse eius uidere audaciam Che. Non faciam Phitias. Phi. Non pol credo Cherea: nisi si cõmissũ non erit. Che. Quin Phitias tu me seruato Phi. Neq; pol seruandum tibi quicq̃ dare ausim: neq; te seruare. Tha. Apagete. Adest optime ipse frater uirginis. Che. Peru her/cle. obsecro abeamns intro Thais. nolo me in uia hac cum ueste uideat. Tha. Quamobrem tandem? an quia pudet? Che: Idipsum uirgo uero: Thais. I pre sequor. tu istic manent ut Chremetem introducas.

Phitias. Chremes. Sophorna.

Vicquid uenire in mentem nunc mihi possit quid nam? qui referam illi sacrilego gratiã qui hunc supposuit nobis? Chre. Moue uero ocius te nutrix. Sophorna. Moueo. Chre. Video. sed nihil promoues. Phi. Iam ne ostendisti signa nutrici? Chre. Omnia. Phi. Amabo. quid ait? cognoscit ne? Chremes. At memo/riter. Phitias. Bene edepol narras. nam isti faueo uirgini. Ite intro. iam dudum hera uos expectat domi. uirum bonum eccum Parmenonem. incedere uideo. uide ut ociosus sit? si dis placet spero me habere qui hunc meo excruciem modo. ibo intro de cognitione ut certum faciam post exibo: atq; hunc perterrebo sacrilegum.

Parmeno. Phitias.

Euiso quidnam Cherea hic rerum gerat. qui si astu rẽ trac/tauit. dii uostram fidem quantam & q̃ ueram laudem capiet Parmeno. Nam ut omittam ꝙ feci amorem difficillimum: & carissimum a meritrice auara uirginem quam amabam eam confe/ci sine molestia: sine sumptu: & sine dispendio ut potiretur: tum hoc alterum id uero est ꝙ ego mihi putopalmarium me reperisse quomodo adolescentulus meretricum ingenia: & mores: posset nos/cere mature: ut cum cognouerit perpetuo oderit. que dum foris sunt: uidetur nihil mundius: nec magis compositum quicquam nec magis eligans. que cum amatore suo cum cenant ligurriunt.

harũ uidere ingluuiẽ opereptium est. sordes. inopiam. q̃ inhoneste sole sint domi: atq; auidi cibi. quo pacto hesterno ex iure panem atrum uorent. nosse omnia hec. salus est adolescentulis. Phi. Ego pol te pro istis dictis ac factis scelus ulciscar. ut ne impune nos illuseris.

Phitias. Parmeno.

Rob deum fidem facinus fedum. O infelicem adolescentulũ O scelestem Parmenonem: qui istum huc adduxit. Parme. quid est. Phi. miseret me. itaq; ego misera effugi foras huc: ut ne uiderem id. que futura exempla dicunt in eum indigna. Parmeno O iupiter. que illec turba ẽ. nũnam ego perii. adhibo. quid istuc Phitias? Quid ais. in quem exempla fient? Phitias. O audacissime rogitas? perdidisti illum quem adduxti pro Eunucho adolescen/tulum: dum studes dare nobis uerba. Parme. Quid ita? aut quid factum est. cedo. Phitias. Dicam uirginem istam Thaide hodie que dono data est: scis eam Ciuem esse hinc: & fratrem eius esse apprime nobilem Parmeno. Nescio. Phitias. Atqui sic inuenta ẽ. eam iste uiciauit. miser ille: ubi id resciuit esse factum frater uio/lentissimus. Parmeno. Quid nam fecit? Phitias. Colligauit primũ eũ miseris nodis. Parmeno. Hem colligauit? Phitias. Atq; equidẽ orãte ut ne id faceret Thaide. Parmeno. Quid ais? Phitias. Nũc minitatur porro sese id facturum quod mechis solet: quod ego nunq̃m uidi fieri: neq; uelim. Parmeno. Qua audacia tantũ faci/nus facere audet? Phitias. Quid ita tantum. Parmeno. An non hoc tibi maximum est. Quis homo pro mecho nunq̃m uidit in domo meretricia deprehendi quenq̃? Phitias. Nescio. Parmeno. At ne hoc sciatis Phitias. dico: edico uobis nostrum esse illũ herilẽ filium. Phi. Hem obsecro an is est? Parmeno. Ne quam in illum Thais uim fieri sinat. atq; adeo autem cur non egomet introeo. Phitias. Vide Parmeno quid agas? neq; illi prosis: & tu pereas. Nam hoc ita putãt: quicquid factum est ex te ortum. Parmẽo. Quid faciam miser? quidue incipiam? Ecce autem uideo rure re deuntem senem. dicam huic an non? dicam hercle & si mihi malum magnum scio paratũ. Sed necesse est huic ut subueniat. Phitias. Sapis. ego abeo intro. Tu istic narrato omnem rem ordine ut factum siet.

Laches. Parmeno.

X meo propinquo rure hoc capio comodi. neq; agri neq;

urbis odium me unq̃ percipit. ubi faciam cepit fieri: commuto locũ. sed est ne ille noster Parmeno? certe ipsus est. quem prestolare Parmeno. hic ante hostium Thaidis? Parmeno. Quis homo est? Ehem saluum te aduenisse here gaudeo Laches. Quẽ prestolare? Parmeno Perii. lingua heret metu. Laches. Hem quid est? quid trepidas? satin salue dic mihi. Parmeno. Here primum te arbi/ trari id quod res est uelim: quicquid huius factum est: culpa non factũ est mea. Laches. Quid. Parmẽo. Recte sane interrogasti. Oportuit rem prenarrasse eme. emit quendam Phedria Eunuchũ quem dono huic dedit. Laches. Cui? Parmeno. Thaidi. Laches. Emit? Perii hercle. Quanti? Parmeno. Viginti minis. Laches Actum est. Parmeno. Tum quandam phidicinam amat Cherea Laches. Ehem. quid amat? an scit ille quid iam meretrix siet? Et an in astu? uenit aliud ex alio malum. Par. Here ne me spectes. me impulsore hoc non fecit. Laches. Omitte de te dicere. Ego te furcifer si uiuo. sed istud quicquid est primum expedi. Parmeno Is pro illo Eunucho ad Thaidem hanc deductus est. Laches. pro Eunochon. Par. Sic est. hũc pro mecho postea meretrices com/ prehendere intus: & constrinxere. Laches. Occidi Par. Audaciã meretricum specta. Laches. Nunquid est aliud mali: damniue quod non dixeris reliquum. Parmeno Tantum est. Laches. Cesso huc intro irrumpere. Par. Non dubium est quin mihi magnum ex hac re sit malum nisi quia necesse fuit sic facere. Id gaudeo propter me hisce aliquid mali esse uenturum. nam diu iam alquã causam querebat senex: quãobrem insigne aliquid faceret: is nũc noster reperit.

Phitias. Parmeno.

Vnq̃ edepol quicq̃ iam diu quod magis uellem euenire mihi euenit q̃ quod modo. Senex intro ad nos uenit errans: mihi sole rediculo fuit: que quid timeret sciebam. Parmeno. Quid aũt hoc est? Phitias. Nunc id prodeo ut conueniam Parmenonem. Sed ubi obsecro est? Parm. Me querit hec? Phitias. Atq; eccum uideo. adibo. Par. Quid ẽ inepta? quid tibi uis? quid rides? pergin? Phi. Perii defessa sũ iã misera de te ridendo. Par. Quid ita? Phi. rogitas? nunq̃ hominem pol stultiorem uidi. neq; uidebo. Ah non potest satis narrari quos ludos prebueris intus. At etiam primo callidum: & desertum hominem te credidi. Par. Quid? Phi. Illico ne credere ea que dixi oportuit te? an pẽitebit flagitii te autore

quid fecisset adolescens? ni miserum insuper etiam patri indicares? nam quid illi credis animi cum fuisse ubi uestem uidit illam esse eũ indutum. Quid est iam scis te perisse. Parmeno. Hem quid dixti pessima: an mentita es: etiã rides ita ne lepidum tibi uisum ẽ scelus nos irridere? Phitias. Nimium. Parmeno. Siquidem istuc impune habueris. Phi. Verum. Par. Reddã hercle. Phi. Credo Sed in diem istuc. Par. fortasse quod minitaris tu iam pendebis ꝙ istum adolescentulũ denobilitas flagicus: & eũdem indicas. uterq; exẽpla in te edẽt. Par. Nullus sũ. Phi. Hic pro illo munere tibi honos est habitus ab eo. Par. Egomet meo inditio miser q̃si sorex hodie perii.

Gnato. Traso.

Vid nunc qua spe aut quo consilio huc imus: quid inceptas Traso? Tra. ego ne: ut Thaidi me dedam. Et faciam quid iubeat Gna. Quid nã? Tra. Qui minus Thaidi q̃ hercules seruiuit Omphale. Gna. Exemplum placet. Vtinam cõmitigari uideam scandalio caput. Sed fores crepuerunt ab ea. Traso Perii qd hoc est mali? hũc ego nunq̃ uiderã. etiam quid nã hic ꝓperãs ꝓsilit.

Cherea. Parmeno. Traso. Gnato.

Opulares en quis me uiuit hodie fortunatior? nemo hercle quisq̃. Nam in me plane dii potestatem suam omnẽ oñdere. cui tam cito tot cõtigerunt cõmoda. Parmeno. quid hic letus ẽ? Cherea O Parmeno mi. mearum uoluptatũ omnium inuentor: inceptor: ꝑfector: scin me q̃bus sim gaudiis? Scin Panphilã meã eẽ inuẽtã Ciuẽ? Par. Audiui. Che. Scis spõsã mihi? Par. Bene ita me dii amẽt factum. Gna. Audin tu hic quid ait? Chere. Tũ aũt Phedrie meo fratri gaudeo esse amorem omnẽ in tranquillo. una est domus Thais patri se commendauit. in clientelam: & fidem nobis dedit se. Parmeno. Fratris igitur Thais tota est. Cherea. Scilicet. Parmẽo. Iam hoc aliud est quod gaudemus. miles pellet foras. Cherea. Tu frater ubi: ubi est Fac quamprimum hec au-diat. Parmeno. Visam domum. Tra. Nunquid Gnato dubitas quin ego nunc perpetuo perierim. Gnato. sine dubio opinor. Cherea. Quid comemorem primum. aut laudem maxime illum qui mihi dedit consilium ut facerem: An me qui ausus sum incipe-re: An fortunam collaudem: que gubernatrix fuit: que tot res: & tantas tam oportune: in unum conclusit diem: An mei patris festiuitatem: & facilitatem. O Iupiter serua obsecro hec bona

nobis.

Phedria. Cherea. Traso. Gnato.

Ti uostram fidem incredibilia sunt Parmeno que narrauit. sed ubi ē frater? Cherea. Presto. adest. Phe. Geudeo. Che. Satis credo nihil est Thaide hac frater tua dignius qđ ametur. ita nostre omni est fautrix familie. Phe. Hui mihi illam laudas? Tra Perii quanto minus spei ē. tanto magis amo. obsecro Gnato in te spes est. Gnato. Quid uis faciam? Traso Perfice hoc pcibus uel precio: ut heream in partem aliquam tandem apud Thaidē. Gnato. difficile est. Traso. Si quid tibi collibuit. est facile. noui te. hoc si effeceris quoduis donū a me optato & premiū: id optatū feres. Ita. ne? Traso. Sic erit. Gnato Si efficio hoc expostulo ut mihi tua domus te presente absente inuocato pateat ut sit locus semper. Traso. Do fidem futurum. Gnato. Accingar. Phedria. Quem ego hic audio? O Traso? Tra. Saluete Phedria. Tu forτasse que hic facta sient nescis? Traso. Scio Phedria. Cur te ergo in his ego conspicor regionibus. Traso. Vobis fretus. Che. Scin q̄m fretus? miles edico tibi si te in platea hac offendero. Posthac unq̄m: nihil est quod dicas mihi aliud querebam iter: hac habui. peristi. Gnato. Eya haud sic decet. Phedria. Dictum est. Gnato. Non cognosco uestrum genus tam superbum. Phedria. Sic erit. Gnato. Prius audite paucis cū dixero: si placuerit facitote. Phe. Audiamus. Gnato. Tu concede paululum istuc Traso. Principio ego uos omnes credere hoc mihi uehementer uolo: ne qcqd huius rei faciam. id facere maxime causa mea. uerū si id uobis prodest: uos id nō facere inscitia est. Phedria. Quid id ē? Gnato. Militē ego riualem recipiendum censeo. Phedria. Hem recipiendum? Gnato. Cogita modo tu hercle cum illa: & libenter uiuis. etenim bene uictitas quod des paululum est: & necesse est multum acciτpere Thaidem: ut tuo amori suppeditare possit sine sumptu. At omnia hec magis oportunus: nec magis ex usu tuo nemo potest principio habet quod det: & dat nemo largius. Fatuus: insulsus: tardus: stertit noctesq: diesq:. Neq: istū metuas ne amet mulier. facile pellas ubi uelis. Phedria. Quid agimus? Gna. Preterea hoc etiam quod ego uel primum puto. accipit hominem nemo melius prorsus: neq: prolixius. Phe. Mirum nisi illoc homīe quoq: pacto opus sit. Cherea. Idem ego arbitror. Gna. Recte facitis. Vnum etiam uos oro ut me in uestrum gregem recipiatis. satis iam diu

hoc saxum uoluo Phedria. Recipimus. Che. Ac lubenter. Gnato
At ego pro istoc Phedria: & tu Cherea hũc comedendum: & de/
ridendum uobis prebeo. Cherea. placet. phedria dignũ est. Gna.
Tra. accede ubi uis. Tra. Obsecro te quid agimus? Gnato. Quid?
isti te ignorabant. Sed postq̃m eis mores ostendi tuos: & collau/
daui secundũ facta: & uirtutes tuas impetraui. Traso Bene fecisti
gratiam habeo maximam. nunq̃m etiam fui usq̃ quin me omnes
amarint plurimum. Gnato. Dixin ego in hoc uobis esse atthicam
eloquẽtiam? Phe. Nihil pretermissum est. Gnato. Ite hac. Va/
lete. & plaudite. Calliopius recensui.

Explicit Eunuchus.

Incipit eaphtontimorumenon.

cta ludis Megalensibus. L. Cornelio Lentulo. L. Va/
lerio Flacco: & Lucio Cornelio merula edilibus curulibus.
egere. L. Albinus Turpilio & L. Altilius. prenestinus.
Modos fecit Flaccus. Greca Menãdri ꝑma acta secũda Claudii
tibiis duabus dextris. Iunio Mario: & Tito Sẽpronio Cõsulibus.

Argumeutum.

N militiã proficisci gnatum Cliniam amantem Anthiphilã
compulit durus pater: animiq; sese angebat: facti penitẽs.
mox reuersus clam patre: diuertitur ad Clithiphonem: Is amabat
scortum Bachidem: cum accersiret cupitam Anthiphilam. Clinia
ut eius Bachis uenit amica. ac seruule habitum gerẽs Anthiphila:
fictum id est quo patrem suum celaret Clitipho. hic tegnis Siri
decem minas meretricule aufert a sene. Antiphila Clitiphonis re/
peritur soror. hanc Clinia: aliam Clitipho uxorẽ accipit.

Prologus.

E cui uestrum sit mirum cur partes seni poeta dederit que
sunt adolescentium: id primum dicam. Deinde quod ueni:
eloq̃r. Ex ĩtegra greca: integram comediam hodie sum acturus:
eaphtontimorumenon. duplx que ex argumento facta ẽ simplici
nouam esse ostendi. & que esset: & nunc qui scripserit: & cuia
greca sit in partem maximum existimare scire uostrum id dicerẽ.

Núc quamobrem has partes didicerim paucis dabo. Oratorem eē
uoluit me: non prologum: uestrum iudicium fecit me actorem
dedit: Sed hic actor tantum poterit facúdia: quantum ille potuit
cogitare commode: qui orationem hanc scripsit: quam dicturus
sum. Nam quod rumores distulerút maliuoli multas contaminasse
Grecas: dum fecit paucas latinas: id esse factum hic non negat:
neq; se id pigere. Et deinde facturum autumat. habet bonorum
exemplum: quo exemplo sibi licere id facere: quod illi fecerunt
putat. Tum ꝙ maliuolus uetus poeta dictitat repēte ad studium
hunc se applicasse. musicum amicum ingenio fretum haud natura
sua arbitrium uestrum uestra existimatio ualebit. Quare omnes
uos oratos uolo: ne plus iniquum possit: q̄m equum oratio. Facite
equi sitis. Date crescendi copiam nouarum qui spectandi faciunt
copiam sine uitiis: ne ille pro se dictum existimet qui nuper fecit
seruo currenti in uia decessisse populum: cur insano seruiat: de
illius peccati plurima dicet cum dabit alias nouas: nisi finem male/
dictis faciat. Adeste equo animo: date potestatem mihi statariam
agere: ut liceat per silentium. Ne semper seruus currens: iratus
senex: edax parasitus: sicophanta: aut impudens: aut auarus leno
assidue agendi sint mihi clamore summo cú labore maximo Mea
causa: causam hanc iustam esse animum inducite: ut aliqua pars
laboris minuatur mihi. Nam nunc nouas qui scribunt nihil parcút
seni: Si qua laboriosa est. ad me curritur. Sin leuis est ad alium
defertur gregem. In hac est pura oratio. experimini in utranq;
partem ingenium quid possit meum. si nunq̄ auare pretium statui
arti mee: & esse meum questum in animum induxi maximum q̄m
maxime seruire uestris commodis. exemplú statuite in me ut ado/
lescentuli uobis placere studeant potius: q̄ sibi.

Chremes: Menedemus.

Vanq̄ hec inter nos nuper notitia admodum est: Inde adeo
ꝙ agrum in proximo hic mercatus es: nec rei fere sane qcq̄
amplius fuit: tamē uel uirtus tua: uel uicinitas: quod ego in pro/
pinqua parte amicitie puto: facit ut te audacter moneam: et
familiariter: ꝙ mihi uidere preter tuam etatem facere & preterq̄
res te adhortatur tua: Nam proh deum atq; hominú fidē: qd uis
tibi? aut quid queris? Annos sexagita natus es aut plus eo: ut co/
nicio: Agrum in his regionibus meliorē: neq; precii maioris nemo
habet: seruos complures: proinde quasi nemo siet ita attente tute

illorum officia fungere: Nunq̄ tam mane egredior: neq; tā uespi domū reuertor: qui te īfūdo cōspicer fodere: aut arare: aut aliqd facere: Deniq; nullum remittis tempus: neq; te: neq; etatem tuam respicis: hec nō uoluptati tibi esse satis certe scio: At enim dices me quantū hic operis fiat penitet: qđ in opere faciūdo ope cōsumis tue: si sumas in illis exercendis plus agas. Me. Chreme tantum ne ab re tua est ocii tibi aliena ut cures: ea que nihil ad te attinēt. Chre. Homo sum: hūani nihil a me alienum puto uel me monere te hoc uel percontari puta: Rectum est ut ego faciā: non est ut te deterream. Mene. Mihi sic usus est: tibi ut opus est facto: face. Chre. An cuiq̄ homini est usus se ut cruciet? Me. Mihi. Chre. Si quid laboris ē nollem: sed quid istud mali est? queso quid de te tm̄ meruisti? Menedemus. Heu. Chremes. Ne lachrima: atq; istuc quicquid est fac me ut sciam: ne retice: ne uerere: crede inquam mihi: aut consolando: aut consilio aut re te iuuero. Menedemus. Scire hoc uis? Chremes. Hac quidem causa quam dixi tibi. Men. Dicetur. Chre. At istos rastros interea tantum appone: ne labora. Menedemus. Minime. Chre. quam rem agis? Men. Sine uacuū tempus ne quod dem mihi laboris. Chre. non sinam inquā. Men. Non equm facis. Chre. Hui tam graues hos queso. Menedemus Sic meritum est meum. Chremes. Nunc loquere. Mene. Filium unicum adolescētulum habeo: ah quid dixi habere me? immo ha/ bui Chreme? nunc habeam: nec ne incertum est. Chremes. Quid istuc? Menedemus. Scies: Est e Corintho hic aduena anus paup/ cula: eius filiam ille amare cepit perdite: prope iam ut ꝑ uxore haberet: hec clam me omnia: Vbi rem sciui: cepi nō humanitus: neq; ut animum decet egrotum adolescentuli tractare: sed ui & uia peruulgata patrū quotidie accusabam. Hem tibi hec diutius licere speras facere me uiuo patre: amicam ut habeas prope iam in uxoris loco? Erras si id credis: & me ignoras Clinia: Ego te meū esse tantisper uolo: dum quod te dignum est facis: Sed si id non facis: Ego quod me in te sit facere dignum inuenero: Nulla adeo ex re istuc fit: nisi ex nimio ocio: Ego istuc etatis nō amori ope/ ram dabam: Sed in Asiam hinc abii propter pauperiem: atq; ibi simul rem & gloriam armis belli repperi. Postremo adeo res redut adolescentulus sepe eadem: & grauiter audiendo uictus putauit me etate & beniuolentia plus scire & prouidere q̄m seipsum sibi

In Asiam ad Regem militatum abiit. Chreme. Chremes. Quid ais? Menedemus. Clam me profectus est: menses tres abest. Chre. Ambo accusandi: & si illud inceptum: tamen animi est pudentis signum: & non instrenui. Menedemus. Vbi comperi ex his qui fuere ei conscii: domū reuertor mestus: atq; animo fere turbato: atq; incerto pre egritudine assido: accurrunt serui: soccos detra/hunt: uideo alios festinare: lectos sternere: cenam apparare: pro se quisq; sedulo faciebat: quo illam mihi lenirent miseriam: Vbi uideo hec cepi cogitare? Hem tot mei solius soliciti sunt causa: ut me unum expleant: ancille tot me uestiunt: sumptus domi tantos solus faciam? Sed gnatum unicum quē pariter his uti decuit: aut etiam amplius: quoniam illa etas magis ad hec idonea est: Eum hinc ego eieci miserum iniustitia mea: Malo quidem me dignum quouis deputem: si id faciam: Nam usq; dum ille uitam incolet in/opē carēs patria ob meas iniurias: Interea usq; illi de me suppliciū dabo: laborans: parcens: querens: illi seruiens: Ita facio prorsus: nihil relinquo in edibus: nec uas: nec uestimentum: corasi omnia: seruos: ancillas: nisi eos que opere rustico faciundo facile sumptū exercēt suum: Hos produxi: ac uendidi: Inscripsi illico edes mer/cede: quasi talenta quindecim coegi: Agrum hunc mercatus sum: Hic me exerceo: decreui tantisper me minus iniurie Chreme meo gnato facere: dum fiam miser: nec fas esse ulla me uoluptate hic frui: nisi ubi ille huc saluus redierit meus particeps. Chre. Ingenio te esse in liberos leni puto: & illum obsequentem: Si quis recte: aut commode tractaret: Verum neq; tu illum satis noueras: nec te ille: Hoc quidem fit: ubi non uere uiuitur: Tu illum nunq̄m ostendisti quanti penderes: neq; tibi ille credere est ausus que est equum patri: Quod si factum fuisset: hoc nunquam tibi euenisset. Menedemus. Ita res est: fateor peccatum meum maximum esse. Chremes. Menedeme: At porro recte spero illum tibi saluum af/futurum esse huc & confido propediem. Menedemus. Vtinam ita dii faxint. Chremes. Facient. nunc si est commodum dionisia hic sunt hodie apud me si s uolo. Menedemus. Non possum Chre. Cur non? queso te tandem aliquantulum tibi parce: Idem absens facere te hoc uult filius. Men. Non conuenit qui illū ad laborem impulerim: nunc me ipsum fugere. Chre. Siccine est sententia? Me. Sic. Chre. Bene uale. Me. Et tu Chre. Lachrimas excussit

mihi: misereteq me eius: Sed ut diei tempus est monere me hunc uicinum Phaniam ad cenam ut ueniat ibo uisam si domi ē: nihil opus fuit monitore iam dudum domi presto apud me esse aiunt: Egomet conuiuas moror: ibo huc intro: Sed quid crepuerunt fores hinc a me: quisnā egredit? Nunc huc concessero.

Clithipho: Chremes:

Ihil adhuc est ꝙ uereare Clinia haud quaq̄ etiam cessant & illam simul cū nuncio uel tibi hic ego affuturam hodie scio: proin tu sollicitudinem istam falsam: que te excrutiat: omittas. Chremes. Qui cum loquit filius? Cli. Pater meus adest: quē uolui: adibo: pater oportune aduenis. Chre. Quid ē: Cli. Hūc. Mene/demum nostin nostrum uicinum? Chre. Probe. Cli. Huic filium scis esse? Chre. Audiui esse in Asia. Clithipho. Nō est pater: apud nos est. Chremes. Quid ais? Clithipho. aduenientem e uaui egre/dientem illico adduxi ad cenam: Nam mihi cum eo magna iā īde usq; a pueritia fuit semper familiaritas. Chremes. Voluptatem magnam nuncias: q̄m uellem Menedemum inuitatum: ut nobiscū esset hodie amplius: ut hanc letitiam: nec opinanti primus obicerē ei domi: atq; etiam nunc tempus est. Clithipho. Caue faxis: non opus est pater. Chremes. Qua ꝑpter? Clithipho. Quia.n. incertū est: & quid de se faciat: modo uenit: timet omnia: patris iram atq; animum amice se erga ut sit sue: eam misere amat: propterea hec turba atq; ab initio euenit. Chremes. Scio Clithipho. Nunc ser/uulum ad eam in Vrbem misit: & ego nostrū una Syrum. Chre. Quid narrat? Clithipho. Quid ille? miserum se esse. Chre. Miseꝝ? quem minus credere est: quid reliqui est: quin habeat: que quidē esse in homine dicuntur bona: parētes: patriam incolumē: amicos: genus: cognatos: diuitias: atq; hec perinde sunt: ut illius animus est: qui ea possidet: qui uti scit: ei bona: illi qui non utitur recte: mala. Clithipho. Immo ille fuit senex importunus semper: & nūc nihil magis uereor: quam ne quid in illum iratus plus satis faxit pater. Chre. Ille ne? sed reprimam me: nam in metu esse hunc illi utile ē. Clit. Quid tu te tecum? Chre. Dicam ut erat mansum tamē oportuit: fortasse aliquanto pater iniquior erat: necesse fuit eius libidinē ut pateret: nā quē ferret: si parētē nō ferret suum: hūc/cine erat equum ut ex illius more: an illū ex huius uiuere: & ꝙ illū insimulat durū: id nō ē: nā pentum iniurie uniusmodi sūt. ferme.

Paulo qui est homo tollerabilis scortari non uult crebro: crebro nolunt conuiuarier: & prebet exigue sumptum: atq; hec sunt tñ ad uirtutem omnia: Verum animus ubi semel se cupiditate de/uinxit mala: necesse est Clitipho cõsilia consequi consimilia: hoc scitum est: periculum ex aliis facere tibi quod ex usu siet. Clitbi. Ita credo. Chremes. Ego ibi huc intro: ut uideã nobis cene quid siet. Tu ut tempus est diei uide sis: ne quo hinc abeas longius.

Clitipho.

Vam iniqui sunt patres in omnes adolescentes iudices: qui equum esse censent nos iam a pueris illico nasci senes: neq' illarum affines esse rerum: quas fert adolescentia. ex sua libidine moderantur nunc que est: non que olim fuit: Mihi si unq̃m erit filius: ne ille facili me utetur patre: Nam & cognoscẽdi: & ignos/cendi dabitur peccatis locus: non ut pater meus: qui mihi per aliũ ostendit suam sententiam: perii: is mihi ubi adbibit plus paulo sua que narrat facinora: nunc ait periculum ex aliis tibi facito: quod ex usu siet: Astute: ne ille haud scit q̃m mihi nunc surdo narrat fabulam: magis mee amice dicta stimulãt: da mihi: atq; affer mihi cui quid respondeam: nihil habeo: neq; me quisq̃m est miserior: Nam hic Clinia: & si is quoq; suarum rerum satagit: attamen ha/bet bene & pudice eductã: ignaram artis meretricie: Mea potẽs: procax: magnifica: sumptuosa: nobilis: tũ qđ dẽ ei recte ẽ. Nam nihil eẽ mihi religio ẽ dicere: hoc ego mali nõ pridem inueni: neq; etiam dũ scit pater.

Clinia: Clitipho

I mihi secunde res de amore meo essent: Iam dudum scio uenissent: Sed uereor ne mulier me absẽte hic corrupta sit: concurrunt multe opiniões: que mihi animũ exaugeãt: Occasio: locus: etas: mater cuius sub Imperio est mala: cui nil iam preter precium dulce est. Clitbipho. Clinia. Clinia. Hei misero mihi. Clitipho. Etiam caue ne uideat forte te hic a patre aliquis exiẽs. Cli. Faciã: sed nescio qd ꝑfecto mihi animus presagit mali. Clit. Pergĩ istuc prius diiudicare: q̃ scies qd ueri siet. Cli. Si nihil mali eẽt iã hic adesset. Clit. Iã aderit. Cli. Quãdo istuc erit? Clit. Nõ cogitas hinc longius abesse: & nosti mores mulierum dũ moliunẽ: dum comunẽ annus est. Cli. O Clitipho timeo. Clit. Respira: eccũ Dromonem cum Syro una adsunt tibi.

Sirus: Dromo: Clitipho: Clinia:

In tu? Dro. Sic est. Sir. Verum interea dum sermones ce/
dimus ille relicte sūt. Clit. Mulier tibi adest audin Clinia?
Clin. Ego uero audio nūc demū & uideo & ualeo Clitipho. Sir.
minime mirum adeo impedite sunt: ancillarum gregem ducūt secū.
Clin. Perii: unde ille sūt ancille? Clit. Men rogas? Sir. Nō opor/
tuit: relictas: portant quid rerum. Clin. Heu mihi. Sir. Aurum:
uestem & uesperascit & non norunt uiam: Factum a nobis stulte
abi dū tu Dromo illis obuiam propere. Quid stas? Clin. Ve misero
mihi quanta de spe decidi. Clit. Quid istuc est? que res te solicitat
autem? Clin. Rogitas quid siet? Viden tu ancillas: aurum: uestem
quam ego cum una ancillula hic reliqui: unde esse censes ea? Clit.
Vah nūc demū ītelligo. Sir. Dii bōi quid turbe est: edes nostre uix
capient scio: Quid comedent? Quid bibent? quid sene erit nostro
miserius? Sed uideo eccos quos uolebam. Clini. O Iupiter ubi nam
ē fides? dū ego ꝓpter te errās patria careo demens: tu interea loci
locupletasti te Antiphila & me in his deseruisti malis: propter quā
in sūma infamia sum & meo patri minus obsequēs: cuius nūc pudet
me & miseret: qui harū mores cātabat mihi: Monuisse frustra do/
let: neq; eum potuisse unq̄ ab hac me expellere: Quod tamen nūc
faciam: cum gratū mihi esse potuit nolui: nemo est miserior me. Sir
Hic de nostris uerbis errat: uidelicet que hic sumus locuti Clinia a/
liter tuum amorem: atq; est accipis: Nam & uita est eadem: & ani/
mus erga te idem: ac fuit: quantum ex ipsa re coniecturam cepius.
Cli. Quid obsecro? nam mihi nunc nihil rerum omnium est quod
malim: q̄ me: hoc falso suspicarier. Sir. Hoc primum: ut ne quid
eius rerum ignores: Anus que eius dicta est esse mater ante hac nō
fuit: Ea obiit mortem: hec ipsa ī itinere altere dū narrat forte au/
diui. Clit. Que nam est altera? Sir. Mane: quod cepi hoc primum
ut enarrem o Clitipho: post huc ueniam. Clit. Propera. Sir Iam
primum omnium ubi uentum est ad edes: Dromo propulsat fores:
anus quedam prodit: hec ubi aperuit hostiū: continuo hic se cōiecit
intro: ego consequor: Anus foribus obdit pessulum: ad lanam redit
hinc sciri potuit: haud usquā alibi Clinia quo studio uitam suam te
absente exegerit: Vbi de improuiso est interuentum mulieri: Nā
ea res dedit tum existimandi copiam quotidiane uite consuetudinē:
que cuiusq; ingeniū: ut sit: declarat maxime: texentē telā studiose

ipsam offendimus mediocriter uestitã: ueste lugubri: eius anus cau/
sa: ut opinor: que tunc erat mortua: sine auro tunc ornatam: ita
utiq; ornantur sibi nulla mala re esse expolitam muliebri: capillus
passus: prolixus: circum caput reiectus neglienter: pax. Cli. Syre
mi obsecro ne me in leticiam frustra conicias. Syr. Anus sub tegi/
men nebat: preterea una ancilla erat: ea texebat una: pannis ob/
sita: neglecta: immunda illuuie. Clit. Si hec sunt Clinia uera: ita ut
hic dicit: Quis te est fortunatior? Sin tu hãc quam dicit sordidatã
& sordidam esse: magnum hoc quoq; signum est: dominam esse ex/
tra noxam: cum tam negliguntur eius internuncii: Nam disciplina
est eisdem munerarier ancillas primum ad dominas que affectant
uiam. Cli. Perge obsecro: & caue ne falsam gratiam studeas inire:
Quid ait ubi me nominas. Sir. Vbi dicimus redisse te: & rogare uti
ueniret ad te mulier telam deserit: continuo & lachrimis opplet os
totum sibi: ut facile scires desiderio id fieri tuo. Cli. Pregaudio ita
me dii ament ubi sim nescio: ita timui. Clit. At ego nihil esse sciebam
Clinia: age dum uicissim Syre: dic que illa est altera? Syr. Addu/
cimus tuam Bachidem. Clit. Hem quid Bachidem? eho scelester quo
illam adducis? Syr. Quo ego illam? ad nos scilicet. Clit. Ad patrem
ne? Syr. Ad eũ ipsum. Clit. O hominis impudentem audaciam. Syr
Heus tu non fit sine periculo facinus magnum: & memorabile.
Clit. Hoc uide in mea uita tu tibi laudem is quesitum scelus: ubi si
paululũ modo quid a te fugerit: ego perierim: quid de illo facias?
Syr. At enim. Clit. Quid enim? Syr. Si sinas dicam. Cli. Sine. Clit.
Sino. Syr. Ita res est hec nunc quasi cum. Clit. Quas malum am/
bages mihi narrare occipit. Cli. Verum hic dicit: mitte ista: atq; ad
rem redi. Syr. Enimuero reticere nequeo multis modis iniurius
Clitipho est: neq; ferri potis est. Cli. Audiendum hercle est: tace.
Clit. Quid est? Syr. quid est? Vis amare: uis potiri: uis quod des
illi: effici tuum est in potiundo periculum non uis: haud stulte sa/
pis: si quidem id sapere est: uelle te id quod non potest contingere
aut hec cum illis sunt habenda: aut illa cum illis ommittenda sunt:
Harũ duarum conditionum utram malis uide? & si hoc consiliũ qđ
cepi rectum esse: & tutum scio: nam ut apud patrem tua amica te/
cum sine metu sit: copia est: tum ꝙ illi argentum es pollicitus: eadẽ
hac inueniam uia: quod ut afficerem orando surdas iam aures red/
dideras mihi: Quid aliud tibi uis? Clit. Si quidem hoc fit. Syr. Si

quidem: experiundo hoc scies. Clit. Age age: cedo istuc tuum cō/
silium: quid id est? Syr. Assimulabimus tuam Bachidem huius esse
amicam. Clit. Pulchre: cedo quid hic faciet de sua? an ea quoq; di/
cetur huius? si una hec dedecori est parum? Syr. Immo ad matrē
deducetur tuam. Clit. Quid eo? Syr. Longum est Clitipho: si tibi
narrem quamobrem id faciam: uera causa est? Clit. Fabule: nihil
satis firmi esse uideo: quambrem accipere mihi hunc expediat me/
tum. Syr. Mane: habeo aliud: si istuc metuis quod ambo confi/
teamini sine periculo esse. Clit. Huiusmodi obsecro aliquid reperi.
Syr. Maxime ibo obuiam hinc dicam ut reuertantur domum.
Clit. Hem quid dixti? Syr. Ademptum tibi iā faxo metum om/
nem in aurem utramuis ociose ut dormias. Clit. Quid ago nunc?
Cli. Tu ne? quod bonum est. Clit. Syre dic modo uerum. Syr.
Age modo hodie sero ac ne quicquam uoles. Clin datur fruare dū
licet. Nam nescias eius sit potestas posthac: an unquam tibi. Clit.
Syre inquam: Syr Perge porro istuc tamen ago. Clit. Verum
hercle istuc est Syre: Syre inquam heus: heus Syre. Syr. Con/
caluit: quid uis? Clit. Redi. redi. Syr. Adsum dic quid est? iam hoc
quoq; negabis placere. Clit. Immo Syre: & me: & meum amorem
& famam permitto tibi: Tu es iudex ne quid accusandus sis uide.
Syr Ridulum est te istuc me amonere Clitipho: quasi istic minor
res mea agatur: q̄m tua: Hic si quid nobis forte aduersi euenerit:
tibi erūt parata uerba: huic homini uerbera: Quapropter hec res
ne utiq̄ neglectui ē mihi: sed istū exora ut suā esse assimulet. Cli.
Scilicet facturum me esse in eum iam res redit locum: ut sit ne/
cesse. Clit. Merito te amo clinia. Cli. Verum illa nequid titubet.
Syr. Perdocta est probe. Clit. Ad hoc demiror qui tam facile
potueris persuadere illi: que solet quosq; spernere. Syr. In tem/
pore ad eam ueni: quod rerum omnium est primum: Nam miserū
quendam offendi ibi militem eius noctem orantem: hec arte trac/
tabat uirum ut illius animum cupidum inopia incenderet: eademq;
ut esset apud te ob hoc q̄ gratissima: Sed heus tu uide sis: ne quid
imprudens ruas: patrem nouisti ad has res q̄m sit perspicax: Ego
te autem noui q̄m esse soleas impotens: inuersa uerba: euersas cer/
uices tuas: gemitus: screatus: tussis apud te uide sis. risus abstine.
Cli. Laudabis. Syr. Vide sis. Cli. Tu temet mirabere. Syr. Sed
q̄m cito sunt consecute mulieres. Clit. Vbi sunt? cur retines? Syr.

Iam non est nunc hec tua. Cli. Scio: apud patrem: at nunc iterum
Syr. Nihilo magis. Clit. Sine. Syr. Non sinam inquam. Clit.
Queso paulisper. Syr. Veto. Clit Saltem salutare. Syr. Abeas si
sapis. Clit. Eo: quid istic: Syr. Manebit. Clit. O hominem felicẽ.
Syr. Ambula.

Bachis: Antiphila: Clinia: Syrus:

Depol mea Antiphila laudo & fortunatũ iudico: id cum
studuisti: isti forme ut mores consimiles forent minimeq;
ita me dii ament miror si te quisq̃m sibi expetit: nam mihi quale
ingenium haberes fuit inditio oratio & cum egomet nnnc mecum
iam animo uitam tuam considero omniumq; adeo uestrarum uul/
gus que ab se segregant: & uos esse istiusmodi: & nos nõ esse: haud
mirabile est: nam expedit bonas esse uobis: nos quibus cum est res:
non sinunt quippe forma impulsi nostra nos amatores colunt: hec
ubi mutata est: illi suum animum alio conferunt: nisi prospectum
íterea aliqd nobis est: deserte uiuimus : sed uobis cũ uno simul ubi
etatem agere decretum est uiro: cuius mos maxime est consimilis
uestrum: Hi se ad uos applicãt: hoc beneficio utriq; ab utrisq; ue/
ro deuincimini: ut nunq̃m ulla amori uestro incidere possit cala/
mitas. Antiphila. Nescio alias: me quidem semper scio fecisse sedu/
lo: ut ex illius commodo: meum comparem commodum. Clinia.
Vah ergo mea Antiphila tu nunc soln reducem me in patriam
facis: nam dum abste absum labores mihi fuere quos cepi leues: p̃/
terq̃m tui carendum quod erat. Syrus. Credo. Clinia. Syre uix
suffero : Hoccine me miserum non licere meo modo ingenio
frui. Syrus. Immo ut patrem tuum uidi esse habitum diu: etiam
duras dabit. Bachis. Quis nam hic adolescens est qui intuetur nos?
Antiphila. Ah retine me obsecro. Bachis. Amabo quid tibi est?
Antiphila. Disperii misera. Bachis. Quid stupes Antiphila. Anti.
Videon Cliniam an non? Bachis. Quem uides. Clinia. Salue ani/
me mi. Antiph. O mi expectate: Clinia salue. Clinia. Qui uales?
Antiphila. saluum te aduenisse gaudeo. Clini. Teneon te Antiphi/
la maxime animo expectatata meo. Syrus. Ite intro: Nam uos
iam dudum expectat senex.

Chremes: Menedemus

Vcescit hoc iam: cur cesso pulsare hostium uicini: primum
ex me ut sciat sibi filiũ redisse: etsi adolescentem hoc nolle

intelligo : uerum cum uideam hunc tam excruciarier eius abi tu celem tam insperatum gaudium : cum illi nihil periculi ex inditio fiet aut faciam: Nam quantum potero adiuuabo senem: Ita ut filium meum amico atq; equali suo uideo inseruire: & socium esse in negociis: Nos quoq; senes equū est senibus obsequi. Menedem. Aut ego profecto ingenio egregie ad miseriam natus sum: Aut illud falsum est: quod uulgo audio dici: diem adimere egritudinē hominibus. Nam mihi quotidie augescit magis de filio egritudo: & quanto diutius abest magis cupio: & tāto magis desidero. Chre. Sed ipsum foras egressum uideo: adibo: atq; alloquar: Menedeme salue nuntium apporto tibi: cuius maxime participem te fieri cu/pis. Me. Nunquid nam de gnato audisti Chreme? Chre. Valet: atq; uiuit. Menedemus. Vbi nam est queso? Chre. Hic apud me domi. Me. Meus gnatus? Chremes. Sic est. Me. Venit? Chremes. Certe. Me. Clinia meus uenit. Chres. Dixi. Me. Eamus: duc me ad eum obsecro. Chre. Non uult te scire se redisse: etiam modo tuum conspectum fugitat propter peccatum. Tum hoc timet: ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta siet. Me. Non tu ei dix/isti ut essem? Chre. Non. Me. Quamobrem Chreme. Chre. Quia pessime istuc ī te: atq; in illum consulis: si te tam leni & uicto ani/mo esse ostenderis. Men. Non possum: satis: iam satis pater durus fui. Chre. Ah uehemens in utranq; partem Menedeme es nimis: aut largitate nimia: aut parsimonia: in eandem fraudem ex hac re: atq; ex illa incides Primum olim: potius q̄m paterere filium commeare ad mulierculam: que paulo tum erat contenta : cuiq; erant grata omnia: perteruisti hunc: Ea re coacta ingratis post illa cepit uictum uulgo querere: Num cum sine magno detrimen/to non potest haberi: quid uis dare cupis? Nam ut tu scias quo/modo ea nunc instructa pulchre ad perniciem siet: primum iam ancillas secum adduxit plus decem: oneratas ueste: atq; auro: sa/trapes si siet amator: nunq̄m sufferre eius sumptum queat: nedum tu possis. Me. Est ne ea intus? Chre. Si sit rogas? sensi: nam unā ei cenam: atq; eius comitibus dedi: quod si iterum mihi sit danda actum siet: Nam ut alia omittam: potissando modo quid uini cō/sumpsit: sic dicens: asperum pater hoc est: aliud leuius: sodes uide. inde releui dolia omnia: omnes serias: omnes habui solicitos famu/los: atq; hec una nox: quid te futurꝫ censes? quē assidue exedēt?

sic me dii amabunt: ut me tuarum misertum est Menedeme fortu/
narum. Me. Faciat quod lubet: sumat: perdat: decretum est pati:
dum illum modo habeam mecum. Chre. Si certum est tibi sic fa/
cere illud permagni referre arbitror: ut nesciētem sentiat te id sibi
dare. Me. Quid faciam? Chre Quid uis potius? q̄m quod cogitas
per alium quemuis ut des. falli te sinas tegnis per seruulum: etsi
subsensi id quoq; illos ibi esse id agere inter se clanculum Syrus cū
illo uestro cōsusurrat: conferunt consilia adolescentes: & tibi per/
dere talentum hoc pacto satius est: q̄m illo minam . Nam nunc
nō de pecunia agit̄: sed illud agit̄: quō minimo periculo id demus
adolescentulo: Nam si semel tuum animum intellexit ille: prius
perditurum te tuam uitam: & prius pecuniam omnem: q̄m abste
amittas filium: hui quantam fenestram ad nequiciam patefeceris:
tibi autem porro ut non sit suaue uiuere: Nam deteriores omnes
sumus licentia: quodcumq; inciderit in mētem uolet? neq; id puta/
bit prauum: an rectum sit quod petat: tu rem perire & illum non
poteris pati: Dare si denegaris: ibit ad illum illico quem maxime
apud te ualere sentit: abiturum abste esse illico minitabitur. Me.
Videre uerum: atq; ita uti res est dicere. Chre. Somnium hercle
ego hac nocte oculis non uidi meis dum id quero tibi qui filium
restituerim . Me. Cedo dexteram: porro te oro idem ut facias
Chreme. Chre. Paratus sum. Me. Scin quid nunc te facere uolo?
Chre. Dic. Me. Quod sensisti illos me incipere fallere id ut matu/
rent facere: cupio illi dare quod uult: cupio illam iam uidere. Ch.
Operam dabo: Syrus est apprehendendus: atq; adhortandus mihi
A me nescio quis exit: concede hinc domum : ne nos congruere
sentiant: Paululum hoc negocii mihi obstat: Symo & Chrito ui/
cini nostri hic ambigunt de finibus: me cepere arbitrum: ibo ac
dicam: ut dixeram operam daturum me hodie non posse eis dare:
continuo hic adero. Me. Ita queso: dii uostram fidem itan com/
paratam esse hominum naturam omnium aliena ut melius uideant
& iudicent: q̄m sua: an eo fit quia in re nostra aut gaudio sumus
prepediti nimio: aut egritudine: hic mihi quanto nunc plus sapit:
q̄m egomet mihi. Chre. Dissolui me otius operam ut tibi darem.

Syrus: Chremes

Ac illac circumcursa: inueniundum est tamen argentum:
intendenda in senem est fallacia. Chre. Num: me defellit

hosce id struere: uidelicet ille Cliniæ seruus tardiusculus est: idcirco huic nostro tradita est prouintia. Syr. Quis hic loquitur? perii: Num nam hec audiuit. Chre. Syre. Syr Hem. Chre. Quid tu istic? Syr. Recte quidem: te miror bene tam mane: qui heri tam bene biberis. Chre. Nihil minus. Syr. Nihil narras: uisa uero est: quod dici solet: aquile senectus. Chre. Eya. Syr. Mulier commo/da & facta hec est meritrix. Chre. Sane itidem uisa est mihi. Sy. Et quidem hercle forma luculenta est. Chre. Sic satis est. Syr. Ita non ut olim: sed uti nunc sane bona est. minimeq; miror Clinia hanc si deperit: Sed habet patrem quendam auidum: miserum: atq; aridum: Vicinum hunc nostrum: Atqui si is non diutius ita abundet gnatus eius profugit inopia: scisne esse factum ut dico: Chre. Quid ergo nesciam? hominem pistrino dignum. Syr. Quē? Chre. Istum Dromonem: seruulum dico adolescentis. Syr. Syre tibi timui ualde male. Chre. Qui passus est id fieri. Syr. Quid faceret? Chre. Rogas? aliquid reperiret: fīgeret fallacias: Vnde esset adolescenti amice quod daret: atq; hunc difficilem inuitum seruaret senem. Syr. Garris. Chre Hec facta ab illo oportebat Syre. Syr. Eho laudas qui heros fallunt: Chre. In loco ego uero laudo. Syr. Recte sane. Chre. Quippe id magnarum sepe id re/medium egritudinum est: Iam huic mansisset unicus gnatus domi. Syr. Iocon: an serio ille hec dicat nescio: nisi quidem addidit ani/mum quo libeat magis. Chre. At nunc quid expectat Syre. an dū hinc denuo abeat: cum tollerare illius sumptus non queat: Nōne ad senem aliquam fabricam fingit: Syr. Stolidus est. Chre. At te iuuare Dromonem oportet adolescentuli causa. Syr. Facile qui/dem facere possum si iubes: Etenim quo pacto id fieri soleat calleo Chre. Tanto hercle melior es. Syr. Non est mentiri meum. Chr. Fac ergo. Syr. At heus tu facito dum eadem hec memineris si qd huius simile forte aliquando euenerit: ut sunt humana: tuus ut fa/ciat filius. Chre. Non usus ueniet ei spero. Syr. Spero quoq; ego hercle: neq; ego nunc dico quod quicq̄m illum senserim: Sed si qd nequit: que sit eius etas uides: & ne ego te si usus ueniet magnifice Chreme tractare possum. Chre. De istoc cum usus uenerit uidebi/mus quid opus sit: istuc nunc age. Syr. Nunq̄m commodius unq̄m herū audiui loqui: nec cū malefacerē crederē mihi īpunius licere: Quisnā a nobis egredit̄ foras?

Chremes: Clitipho: Syrus:

Vid istuc queso? qui istuc mos est Clitipho: ita ne facere oportet: Clit. quid ego feci: Chre. Vidin ego te modo manum in sinum huic meretrici inserere: Syr. Acta hec res est: perii. Clit. Me ne: Chre. Hisce oculis uidi. negas: facis adeo indig/ne iniuriam illi: qui non abstineas manum: Nam ista hec quidem contumelia est: hominem amicum recipere ad te: atq; eius amicam subagitare uel heri in uino q̃m immodestus fuisti. Syr. Factum est. Chre. Quãmolestus ut equidem ita me dii ament metui quid futurum deinceps esset: noui ego amantium animum aduertunt grauiter ea que non censes. Clit. At mihi fides apud hunc est: nihil me credas istius facturum pater. Chre. Esto. at certe concedas aliquo. ab eorum ore aliquantisper. multa fert libido ea prohibet facere tua presentia ego de me facio coniecturam. nemo est meo/rum amicorum hodie apud quem exprimere omnia occulta Cliti/pho audeam. apud illum prohibet dignitas. apud alium ipsius facti pudet. ne ineptus: aut proteruus uidear. quod illum facere credito. Sed est nostrum intelligere ut cunq;: atq; ubicunq; opus sit obsequi. Syr. Quid istuc narrat? Clit. Perii. Sy. Clitipho hoc ego precipio tibi hominis frugi. & temperantis functus officium. Clit. Tace sodes. Sir. Recte sane. Chre. Syre pudet me. Sy. Credo: neq; iniuria quin mihi molestum est. Clit. Pergin hercle. Syr. Verum dico quod uidetur. Clit. Nonne accedam ad illos? Chre. Heo queso una accedendi uia est. Syr. Actum est. hic pri/us se indicabit: q̃m ego argentum affero. Chremes uin tu homini stulto mihi ascultare? Chre. Quid faciam? Syr. Iube hunc abire aliquo. Clit. Quo ego hinc abeam? Syr. Quo lubet. da illis locum Abi deambulatum. Clit. Deambulatum quo: Syr. Vah quasi desit locus. abi sane istac istorsum quouis. Chre. Recte dicit cẽseo Clit. Dii te eradicent Syre qui me istinc extrudis. Syr. At tu tibi istas post hac comprimitto manus. censem uero: quid illum credis facturum Chreme nisi tu quantum tibi opis dii dent seruas: Casti/gas: mones. Chre. Ego istuc curabo. Syr. Atqui nunc here tibi obseruandus est. Chre. Fiet. Syr. Si sapias. nam mihi iam minus. minusq; obtemperat. agere. Quid tu: & quid de illo quod ego du/dum tecum egi. egistin Syre: aut reperisti tibi quod placeat. an non dum etiam: Syr. De fallacia dicis: Inueni quandam nuper.

Chre. Frugi es cedo quid id est: Syr. Dicam. uerum nunc aliud ex alio incidit: Chre. Quid nam: Syre. Syr. Pessima hec est me/
retrix. Chre. Ita uidet. Syr. Immo sic est: hoc uide quod iceptat facinus. Fuit quedam anus corinthia hic: huic dragmaꝝ argenti hec mille dederat mutuum. Chre. Quid tum: Syr. Ea mortua est: reliquit filiam adolesceutulam: ea relicta huic arraboni est. ꝓ illo argento. Chre. Intelligo. Syr hāc secū huc adduxit ea que ē nūc apud uxorē tuam. Chre. Quid tum? Syr. Clinia orat sibi uti nūc det illam: illi tamē post datuꝝ mille nūmū poscit. Chre. Et poscit quidē. Syr. Hui dubium ne id ē? Chre. Ego sic putaui: quid nūc facere cogitas? Syr. Ego ne? ad Menedemum ibo: dicam hanc captam e caria ditem: & nobilem: si redimat: magnum in ea esse lucrum. Chrem. Erras. Syr. Quid ita loqueris? Chre. Pro Me/
nedemo ego nunc tibi respondeo: Non emo: quid agis? Syr. Optata loquere. Chre. Atqui non est opus. Syr. Non opus est. Chre. Nó hercle uero. Syr. Quid istuc miror? Chre. Iam scies. Mane: mane: quid est quod tam a nobis grauiter crepuere fores:

Sostrata: Chremes: Nutrix: Syrus:

Isi me animus fallit: hic ꝓfecto est annulus quē ego sus/
picor: is qui cum exposita est gnata. Chre. Quid uult sibi Syre hec oratio? So. Quid ē: Is ne tibi uidetur. Nu. Nū tibi dixi equidē ubi mihi ostendisti illico eum esse. So. At uide ut satis modo contemplata sis mea nutrix. Nu. Satis. So. Abi nunc iam intro: atq; illa si iam lauerit mihi nūtia: hic ego uirū interea ope/
ribor. Syr. Te uult uideas. quid uelit nescio: quia tristis est: non temere est: metuo quid fiet. Chre. Quid fit: ne ista hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit. So. Hem mi uir. Chre. Mea uxor. So. Teipsum quero. Chre. Loquere quid uelis. So. primū hoc te oro: ne quid credas me aduersum edictum tuum facere au/
sam. Chre. Vis me istuc tibi: etsi incredibile est credere? credo. Sy. Nescio quid portat peccati hec expurgatio. So. Meministi me eē grauidam: mihi maxio opere interminatū: si puellam parerem nolle tolli: Chre. Scio quid feceris sustulisti eā. Syr. Sic est fac/
tum dña. Ergo herus dāno auctus est. So. Minime: Sed erat hic anus corinthia haud impura dedi ei exponendā. Chre. O Iupiter tantā ne esse i animo inscitiam. So. perii: quid ego feci: Chre. At rogitas: So. Si peccaui mi chremes insciens feci. Chre. Id quidem

ego etsi tu neges certe scio te inscientem: atqui ĩpudentẽ dicere ac
facere omĩa: tot peccata in hac re ostendis: Nam iã primũ si meũ
imperium exequi uoluisses interemptam oportuit: Non simulare
mortẽ uerbis: & re ipsa spem uite dare: At id omitto: misericordia
motus ẽ animus maternus sino: Quã bñ uero abste ꝓspectũ est qd
uoluisti cogita: Nempe anui illi ꝑdita abste filia ẽ planissime per
te ueluti ueniret palã: Veluti questum faceret: Credo id cogitasti
Quid uis? satis ẽ dum uiuat modo: qd cum illis agas: qui neq; ius:
neq; bonũ: atq; equũ sciunt: melius: peius ꝓsit: obsitq;: nihil uident
nisi qđ lubet. So. Mi Chreme peccaui: fateor: uincor: nũc te ob/
secro: quãto tuus animus est natu grauior tãto sit ignoscentior ut
mee stulticie iustitia tua sit aliquid presidii. Chre. Si licet equidem
istud ignosco uerũ Sostrata male docet te mea facilitas multa. Sed
istuc quicqd ẽ qua occeptũ ẽ causa loquere. So. Vt stulte & mi/
sere omẽs sumus religiose: cum exponendã do illi de digito annulũ
detraho: & edico ut una cum puella exponeret: si moreretur: ne
expers partis esset de nostris bonis. Chre. istuc recte: cõseruasti te
atq; illam. Sos. Hic is ẽ annulus. Chre. Vnde habes? So. Quam
Bachis secũ adduxit ab adolescẽtula. Syr. Hẽ. Chre. Quid nar/
rat? So. Ea lauatum dum id seruandũ mihi dedit annulũ: Non
aduerti p̃mũ: Sed postq̃ aspexi illico cognoui: ad te illico exilui.
Chre. Quid nunc suspicare? aut īuenis de illa? So. Nescio: nisi ut
ex ipa queras unde hunc annulũ habuerit si potis est reperiri. Sy.
Interii: plus spei uideo: q̃ uolo: Nostra ẽ si ita est. Chre. Viuit ne
illa cui dederas: So. Nescio. Chre. Quid renuntiauit olim fecisse:
So. Id quod iusserã. Chre. Nõm mulieris cedo quod sit: ut que/
ratur. So. Filtere. Syr. Ipsa est mirum ī illa salua est: & ego pe/
rii. Crhe. Sostrata sequere me intro hac. Sos. Vt preter spem
euenit mihi q̃ timui male ne nunc animo ita esses duro: ut olim in/
tollenda Chreme. Chre. Non licet hominem sepe esse ita ut uult.
si res non sinit. Nũc ita tẽpus est mihi ut cupiam filiam: olim nihil
minus.

Syrus.

Isi me animus fallit haud multum ame aberit infortunium
ita hercle ī angustũ oppido nũc me cogũt copie nisi aliqd
uideo; ne esse amicã hanc gnati: resciscat senex nam qđ de argẽto
sperem: aut posse postulem me fallere: nihil est: triumpho scilicet

me latere tecto & abscedere. crucior bolum tantum esse ereptum tam subito ex faucibus quid agam? aut quid comminiscar? ratio de integro ineunda est mihi. Nihil tam difficile est. quin querendo inuestigari possit. Quid si hoc sic incipiā nihil est. quid si sic tācūdē egero at sic opinor nō potest imo optīe euge optimā habeo retra/ ham hercle opinor ad me idem illud argentum: fugitiuum tamē.

Clinia: Syrus.

Vlla mihi res potest interuenire tanta que mihi egritudi/ nē afferat: tāta hec mihi leticia aborta est dedo patri me ut tam frugalior sim: q̄ uult. Syr. Nihil me fallit cognita est q̄tū ego audio huius uerba: istuc tibi quoq; ex sententia tua obtigisse letor. Cli. Mi Syre audistin obsecro. Sy. Quid ni: quis usq; una affuerim? Clin. Cui eque audistin cōmodius euenisse? Syr. Nulli. Cli. Atq; ita me bn̄ dii ament: ut ego nunc non tam meapte causa letor: q̄ illius quam ego scio esse honore quouis dignam. Syr. Ita credo: sed nunc Clinia age date mihi uicissim: nam amici quoq; res est uidenda in tuto ut collocet: ne quid sciat de amica nūc senex. Cli. O Iupiter. Sy. Quiesce. Cli. Antiphola mea nubet mihi. Sy. Siccine me īter loquere? Cli. Quid faciā mi Syre? gaudeo ferme. Syr. Fero hercle. Clini. Deorū uitā adepti sumus. Syr. Frustra operam opinor sumo. Cli. Loquere: audio. Syr. At iam hic non ages. Cli. Agā. Syr. Videndū est inquā amici quoq; res tui Clinia in tuto ut collocetur: nā si nunc abis a nobis & Bachidem hic re/ linquis: noster senex resciscet illico amicā esse hanc Clitiphonis: si adduxeris celabit: itidem ut celata adhuc est. Cli. At istoc nihil ē magis Syre meis nuptiis aduorsū: Nā quo ore appellabo patrē? Tenes quid dicam? Syr. Quid ni? Clin. Quid dicam? quā causam afferā? Syr. Quid? nolo mētiare: Apte ita ut res sese habet nar/ rato. Cli. Quid ais? Syr. Iubeo illā te amare & uelle uxorē hanc esse Clitiphonis. Cli. Bonā atq; iustā rem oppido imperas: & factu facilē & scilicet iā me hoc uoles patrē exorare ut celet senē uestꝝ. Syr. Immo uero potius ut recta uia rem narres omnem. Cli. Hē satis sanus es aut sobrius? tu quidem illū plane prodis: nā q hercle ille poterit esse in tuto: dic mihi? Syr. huic equidē cōsilio palmam do: hic me magnifice effero: qui uim tātā ī me & potestatē habeā tante astutie uera dicendo: ut eos ambos fallā: ut cū narrat senex uester nostro hac esse amicā gnati: non credat tamē. Cli. At enim spē isto pacto rursus nuptiaꝝ omem mihi eripis: nam dū amicam

hanc meam esse credet: nõ cõmittet filiam: tu fortasse quid de me fiet parui cures: dum illi consulas. Syr. Quid malum? me tandem censes uelle id assimularier: unus est dies dũ argentum eripio: pax nihil amplius. Cli. Tantum fiat satis habes quid tum queso? pater si resciuerit? Syr. Quid si redeo ad illos qui aiunt: quid si nunc celũ ruat. Cli. Metuo quid agã. Syr. Metuis? quasi non ea poteras sit tua quo uelis in tempore ut tute exoluas rem facis palam. Cli. Age age traducat̃ Bachis. Syr. Optĩe ipa exit foras.

Bachis: Clinia: Syrus: Frigia: Dromo.

Atis pol proterue me Syri ꝓmissa huc adduxerũt: decem minas quas mihi dare pollicitus est: quod si is nunc me de/ceperit obsecrans me ut ueniam frustra ueniet aut cum uenturam dixero & constituero: cum his certe renunciauerit Clitipho cum spe pẽdebit animi decipiam: ac non ueniam: Syrus mihi tergo pẽ/det penas. Cli. Satis scite ꝓmittit tibi. Syr. Atq tu hãc iocari cre/dis: faciet nisi cauero. Ba. Dormiunt: ego pol eos cõmonebo: Mea Frigia audistin modo homo iste quã uillã demõstrauit Charini? Fri. Audiui. Ba. Proximã esse huic fundo ad dexterã. Fri. Me/mini. Ba. Curriculo percurre apud eũ miles dyonasia agitat. Sy. Quid hec ĩceptat? Ba. Dic me hic oppido eẽ ĩuitã atq; obseruari: Verum aliquo pacto uerba me his daturum esse: & uenturã. Sy. Perii hercle: Bachis mame mane quo mittis istam queso? Iube ut maneat. Ba. Abi. Syr. Quin est paratũ argentum? Ba. Ego hic manebo. Syr. Atqui iam dabit̃ tibi. Ba. Vt lubet: num ego insto? Syr. scis ne quid sodes facias? Ba. Quid? Syr. Transeundum tibi ad Menedemum est: & tua pompa traducenda est. Ba. Quam rẽ agis scelus? Syr. Ego argentum cudo: quod tibi dem. Ba. Dignam me putas: quam illu das? Syr. Non est temere. Ba. Etiam ne tecũ hic res mihi est? Syr. Minime: Tuũ tibi reddo. Ba. Eat̃. Sy. Se/quere me hac: heus Dromo. Dro. Quis me uult? Syr. Syrus. Dro. Quid rei est? Syr. Ancillas omnes Bachidis traduce: huc ad nos propere. Dro. Quamobrem? Syr. Ne queras: & ferant que secum huc attulerunt: sperabit sibi sumptum: senex leuatum esse harum abitu: Ne ille haud scit hoc paululum lucri quantum ei damni apportet: Tu nescias id quod scis Dromo si sapies. Dro. Mutum

Chremes. Syrus.

Ta me dii amabunt: ut nunc Menedemi uicem miseret tm̃ deuenisse ad eum mali Illamcine mulierem cũ tota familia

etsi scio p hosce aliquos dies non sentiet ita magno desiderio fuit ei filius: Verum ubi uidebit tantos sibi sumptus domi quotidianos fi/eri: nec fieri modum optabit rursum ut abeat a se filius: Syrum optime eccum. Syr. Cesso hunc adoriri. Chre. Syre. Syr. Hem quis homo est? Chre. Quid est? Sy. Teipsū mihi iam dudum ex/optabam dari. Chre. Videre egisse iam nescio quid cū sene? Syr. De illo quod dictum dudum? dictum ac factum reddidi. Chre. Bona fide: Bona hercle. Chre. Non possum pati quin tibi caput demulceam: Accede huc Syre: faciam tibi boni aliquid pro ista re ac lubens. Syr. Ac si scias ꝙ̄ scite mihi in mentem uenit. Chre. Vah gloriare euenisse ex sñia? Syr. Non hercle: uero uerū dico. Chre Quid est? Syr. Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bachidem dixit & ea gracia secum adduxisse: ne tu id presentis ceres: Chre. Probe Syr. Dic sodes. Chre. Nimium inquam. Syr. Immo sic satis: mō ausculta quid super est fallacie: sese ipse dicit tuam uidisse filiam: eius sibi cōplacitam formam postꝙ̄ aspexit: hanc se cupere uxorē Chre. Modon que inuēta est? Syr. Eam quidē iubet posci. Chre. Quamobrem istuc Syre: Nam prorsus nihil intelligo. Sy. Hui tardus es. Chre. Fortasse. Syr. Argentum dabitur ei ad nuptias qui comparet aurum: atq; uestē: tenes ne? Chre. Comparet? Syr. Id ipsū. Chre. At ego illi nec do nec despondeo. Syr. Non? quā/obrem. Chre. Quamobrem me rogas? homini? Syr. Vt lubet: nō ego perpetuo dicebā: ut filiam illi dares: uerū ut simulares. Chre. Non mea est simulatio: Ita tu istec tua cōmisceto ne me admisceas Egon cui daturus non sim: ut illi despondeam. Syr. Credebam. Chre. Minime. Syr. Scite poterat fieri: Et ego quia dudum tan/topere iusseras: eo feci. Chre. Credo. Syr. Ceterum equidem istuc Chreme equi boniq; facio. Chre. Atqui cum maxime uolo te dare operam ut fiat: Veꝝ alia uia. Syr. Fiat queratur aliud: Sed illud quod tibi dixi de argento quod ista debet Bachidi: id nūc reddē/dum est illi: Neq; tu scilicet eo nunc confugies: Chre. Quid mea? nunquid mihi datum est: nū iussi: num oppignerare filiam meam me inuito potuit? Syr. Verum illud Chreme dicunt: Ius summū: sūma sepe malitia est. Chre. Haud faciā. Syr. Immo aliis si licet: tibi non licet: omnes te in lauta: & bene acta parte putant. Chre. Quin egomet iam ad eā deferam. Syr. Immo filium iube potius. Chre. Quamobrem? Syr. Quia enim in hunc suspitio translata ē amoris. Chre. Quid tū? Syr. Quia uidetū magis uerisile id eē: cum

hic illi dabit: & simul cóficiam facilius ego qđ uolo: ipse adeo adē:
Abi: effer argentum. Chre. Effero.

Clitipho: Syrus.

Vlla est tam facilis res quin difficilis siet quam inuitus fa/
cies uel hec deambulatio quam non laborosa ad lógioré
dedit: nec quicq̃ nunc magis metuo: q̃ ne denuo miser aliquo ex/
cludar hinc: ne accedam ad Bachidem ut te omnes dii deeq; quãtū
est Syre cum tuo istoc inuento cúq; incepto perdant: huiusmodi
rem semper cóminiscere: ubi me ex carnifices. Syr. I tu hinc quo
dignus es: quã pene tua me perdidit proteruitas. Cli. Vellē hercle
factum: ita meritus es. Syr. Meritus: quomodo? ne me istuc ex te
prius audiuisse gaudeo q̃ argentum haberes: quod daturus iam fui.
Clit. Quid igitur tibi uis dicam? Abisti: mihi amicã adduxisti: q̃m
non licet tangere. Syr. iam nó sum iratus: sed scis ubi nunc sit tibi
tua Bachis. Clit. Apud nos. Syr. Nó. Clit. Vbi ergo? Syr. Apud
Cliniam. Clit. Perii. Syr. Bono animo es: iam argentum ad eam
deferes: qđ ei es pollicitus. Clit. Garris: id unde? Syr. A tuo patre
Clit. Ludis fortasse me. Syr. Ipsa re experibere. Clit. Ne ego hó
sum fortunatus: deamo te Syre. Syr. Qua causa id fiat? obsecū/
dato in loco: sed pater egredit̄: caue quicq̃ admiratus sies: qđ ípe/
rabit facito: loquitur paucula.

Chremes. Syrus: Clitipho.

Bi nunc Clitipho est: syr. Eccum me inquam. Clit. Eccum
hic me tibi. Chre. Quid rei esset dixtin syre huic? syr. Dixi
pleraq; omnia? Chre. Cape hoc argentum & defer. syr. Hei quid
stas lapis? quin accipis. Clit. Cedo sane. syr. sequere me ac ocius.
Tu nos dū eximus interea operire: Nam nihil est illic quod mo/
remur diutius. Chre. Minas quidem iam decem habet a me filia:
quas pro alimentis esse nunc dico datas hasce pro ornamentis có/
sequentur altere: porro hec talenta dotis aposcet duo: Quã multa
iniusta & praua fiunt moribus: Mihi nunc relictis rebus inueniū/
dus ē aliquis labore inuenta mea cui dē bona.

Menedemus: Chremes.

Vlto omnium me nunc fortunatissimum factum puto eē
gnate: cum te intelligo recepisse. Chre. Vt errat. Men.
Te ipsum querebam Chreme: serua: quod in te est filium & me:
& familiam. Chre. Cedo quid uis ut faciam? Men. Inuenisti hodie
filiam? Chre. Quid tū? Men. Hanc uxorem sibi dari uult Clinia.

Chre. Queso qd hominis es? Me. Quid? Chre Iã ne oblitus es qd inter nos sit dictum de fallacia: ut ea uia abs te argentum aufe/ratur. Me. scio. Chre. Ea res nunc agitur ipsa. Me. Quid dixti chreme? erraui. chre. sic res acta ẽ. Me. ab quanta de spe dedecidi. chre Et qdẽ hec Bachis que apud te est. Me. Ita aiũt. Clitiphõis aica ẽ chre. Et tu credis? Me. Omnia. chre. Et illum aiunt uelle uxorẽ ut cum desponderim des qui aurum uestem: atq; alia que opus sũt comparet. Me. Id est profecto: id amice dabitur. chre. scilicet daturum. Me. Vah frustra igitur sum gauisus miser: quid uis tam̃ malo: q̃ hunc amittere: quid nunc renunciem ei abs te responsum chreme. ne sentiat me sensisse atq; egre ferat. chre. Egre: nimiũ illi Menedeme indulges. Men. sine: inceptũ est: perfice mihi p/petuo chreme. chre. Dic conuenisse & egisse te de nuptiis. Me. Dicam: quid deinde: chre. Dic me facturum omnia generum pla/cere. Postremo etiam si uoles desponsam quoq; esse dicito. Men. Hem istuc uolueram: chre. Tanto ocius te dare ut poscat: & tu id quod cupis q̃ occissime ut des. Me. cupio. chre. Ne tu propediem ut istam rem uideo istius obsaturabere hec ista ut sint cautim & paulatim dabis: si sapis. Faciam. Chre. Abi intro: uide quid postuet? Ego domi ero si quid me uoles. Me. Sane sic uolo: Nam te sciẽte faciam quicquid egero.

Menedemus: Chremes.

Go me non tam astutum neq; ita perspicacem esse id certe scio: sed hic adiutor meus: & monitor & p̃mõstrator Chre/mes hoc mihi prestat: in me quiduis: harũ conuenit que sunt dicta in stultum caudex stipex asinus plumbeus: ĩ illum nihil potest: nã exuperat illius stulticia hec omnia. Chre. Ohe iã desine deos uxor gratulando obtundere tuam inuentam esse gnatam: nec illos ex tuo ingenio iudicas: ut nihil credas intelligere: nisi idem dictum sit centies: Sed interim qd illic iam dudũ gnatus cessat cũ Syro. Me. Quos ais homines Chreme. cessare? Chre. He hem Menedeme? aduenis dic mihi: Clinie que dixi nunciastin? Me. Omnia. Chre. Quid ait? Me. Gaudere adeo occepit quasi qui cupiunt nuptias. Chre. Ah ah eh. Me. Quid risisti? Chre. Serui. uenere in mentẽ Syri calliditates. Me. Ita ne? Chre. Vultus quoq; hominum fingit scelus. Me. Gnatus q̃ se assimulat letum id dicis. Chre. Id. Men.

Itidem istuc mihi uenit in mentem. Chre. Veterator est. Me.
Magis si magis noris putes ita rem esse. Chrem. Ain tu? Men.
Quin tu ausculta ta. Chre. Mane hoc prius scire expeto quid p/
dideris: Nam ubi desponsam nunciasti filio: continuo iniecisse
uerba tibi Dromonem scio: scilicet sponse uestem: aurum: ancillas
opus esse argentum ut dares. Men Non. Chre. Quid non? Men.
Non inquã. Chre. Neq; ipse gnatus? Me. Nihil prorsus Chreme
magis hoc unum etiam instabat: ut hodie conficerentur nuptie.
Chre. Mira narras: Quid Syrus meus? ne is quidem quicquam:
Me. Nihil. chre. Quamobrem? Me. Nescio equidem: Sed de te
miror qui alia tam plane scias: & hoc ignores: Sed ille quoq; tuus
Syrus idem mire finxit filium ut ne parum quidem suboleat esse
amicã hanc clinie. chre. Quid ais: Men. Mitto iam osculari: atq;
amplexari: id nihil puto. Chre. Quid est quod amplius simuletur?
Me. Vah. Chre. Quid est? Me. Audi modo: est mihi in ultimis
conclaue edibus quoddam: retro huc: est intro latus lectus: uesti/
mentis stratus est. Chre. Quid postq̃ hoc est factum? Me. Dictũ
ac factum huc abiit Clitipho. Chre. Solus? Me. Solus. Chre. Ti/
meo. Me. Bachis consecuta est illico. Chre. Sola. Me. Sola. Chre.
Perii. Men. Vbi abierunt intro: operuerunt hostium. Chre. Hẽ
Clinia hec fieri uidebat? Me. Quid ni? una mecum simul. Chre.
Filii amica ẽ Bachis Menedeme occidi. Me. Quamobrem? Chre.
Decem dierum uix est mihi familia. Me. Quid istuc times: ꝙ ille
operam amico dat suo. Chre. Immo quia amice. Me. Si dat. Chre.
An dubium tibi id est: quenq̃ animo tam communi esse & leni pu/
tas: qui se uidente amicam patiatur suam: Me. Ha ha he quid ni:
quo uerba facilius dentur mihi. chre. Derides me: merito mihi nũc
ego succenseo. quot res dedere: ubi possem presentiscere: nisi essem
lapis que uidi: Ve mihi misero illud haud inultum: si uiuo: ferent
iã iam. Men. Non tute cohibes: nõ te respicis: Non tibi ego ex/
empli satis sum: chre. Pre iracuadia Menedeme non sum apud me.
Me. Te ne istuc loqui: nonne id flagitium est: te aliis consilium
dare: foris sapere: tibi non posse auxiliarier. chre. Quid faciam:
Men. Id quod me fecisse aiebas: parum fac te patrem sentiat: fac
ut audeat tibi credere. omnia abste petere: & poscere: ne quã aliã
querat copiam: & te deserat. chre. Immo abeat multo malo quouis
gentium: q̃m hic per flagitium ad inopiam redigat patrem: Nam

si illi pergam suppeditare sumptibus Menedeme: mihi illec uere ad rostros res reddet. Men. Quot incommoda in hac re capies nisi caues: difficilem ostendis te esse: & ignosces tamen post: Et id erit ingratum. Chre. Ah nescis quãtum doleam? Men. Vt lubet quid de hoc quod uolo: ut illa nubat nostro? nisi quid est quod malis? Chre. Immo & gener & affines placent. Men. Quid dotis dicam te dixisse dare filio? quid obticuisti? Chre. Dotis? Men. Ita dico Chre. Ah. Men. Ne quid Chreme uereare: si minus est: nihil dos mouet. Chre. Duo talenta pro re nostra ego esse decreui satis: Sed ita dictu opus est: si me saluum esse: & rem: & filium me mea Menedeme omnia bona dotis dixisse illi. Men. Quã rem agis? Chre. Id emirari te simulato: & illum rogitato simul quamobrem id faciam. Men. Quin ego uero quamobrem id facias nescio. Chre. Ego ne? ut illius animum qui nunc luxuria: & lasciuia defluxit retundam & redigam: ut quo se fortat nesciat. Men. Quid ais? Chre. Mitte: ac sine me in hac re gerere mihi morem. Men. Sino: ita ne uis? Chre. Ita. Men. Fiat. Chre. Age iam uxorem ut accersat paret: hic autem ita ut liberos est equum dictis confutabitur: sed Syrum: Me. Quid eum: Chre. Ego ne: si uiuo adeo ex ornatum dabo: adeo depexum: usq; dum uiuat meminerit semper mei: qui sibi me pro ridiculo ac delectamento putat: Non ita me dii ament auderet facere hec uni uidue mulieri: que in me fecit.

Clitipho: Menedemus: Chremes. Syrus.

Ta ne: tandem queso est menedeme: ut pater tam in breui spacio omnem de me eiecerit animum patri. quod nam ob facinus: quid ego tantum sceleris admisi miser. uulgo id faciunt. Menedem. Scio tibi hoc esse grauius multo: ac durius cui fit: Verum ego haud minus egre patiar id: qui nescio: nec rationem capio: nisi q tibi bene ex animo uolo. Clitiph. Hic patrẽ astare aiebas? Me. Eccũ. Chre. Quid me incusas Clitipho? Quicqd ego huiusmodi feci tibi pspexi: & tue stultitie: ubi te uidi eẽ anĩo omisso: & suauia in presẽcia que essent prima habere: neq; cõsulere in lõgitudinẽ. Cepi rationem: ut neq; tu egeres: neq; hec posses pdere: Vbi cui pmo uti decuit: tibi nõlicuit p te mihi dare Abii ad proxĩos tibi qui erãt: eis cõmisi & credidi: Ibi tue stultitie sẽp erit presidiũ Clitipho: uictus: uestitus: quo te i tectũ receptus.

Clit. Hei mihi. Chre. Satius est hoc: q̃ te ipso hercle hec possidere Bachidem. Syr. Disperii scelestus: quantas turbas conciui insciēs. Clit. Mori cupio. Chre. Prius queso disce quid sit uiuere: ubi scies si displicebit uita: tum istoc utitor. Syr. Here licet ne? Chre. Loquere. Syr. At tuto. Chre. Loquere. Syr. Que est ista prauitas que ue amentia est? quod peccaui ego debet id obesse huic? Chre Ilicet ne te admisce: nemo accusat Syre te: nec tu aram tibi: neq; precatorem pararis? Sy. Quid ais? Chre. Nihil succēseo nec tibi: nec huic: nec uos equū est qđ facio mihi. Sy. Abiit rogasse uelim Clit. Quid? Sy. Vnde mihi peterem cibū: Ita nos alienauit: nam tibi iam esse ad sororem ītelligo: Adeon rem redisse ut periculum etiam famis mihi sit Syre. Syr. Modo liceat uiuere est spes. Clit. Que? Sy. Nos esurituros satis. Clit. Irrides in re tāta: neq; cōsilio adiuuas? Sy. Immo & ibi nunc sum: & usq; dudum id egi dum loquitur pater: Et quantū ego intelligere possum. Clit. Quid? Sy Sic est: non esse horum te arbitror. Clit. Quid istuc Syre? satin sanus es? Sy. Ego dicam quod mihi in mentem est: tu diudica dū illis fuisti solus: dum nulla alia delectatio que ꝓpior esset te: indul/dulgebant: tibi dabant: Nūc filiā postq̃ inuenta est causa inuēta est: qua te expellerent. Clitiph. Verisimile est. Sy. An tu ob hoc peccatū hoc esse illū iratum putas? Clit. Nō arbitror. Sy. Nunc expecta aliud: matres omnes filiis in peccato adiutrices & auxilio in paterna iniuria solent esse: id non fit. Clitipho. Verum dicis: quid ergo nunc faciam Syre? Syrus. Suspitionem istam ex illis quere: rem profer palam: si non est uerum ad misericordiam ambos adduces cito: aut scibis cuius sis. Clitipho. Recte suades faciam. Syrus. Satis recte hoc mihi in mentem uenit: Namq; adolescens q̃ minima spe situs erit tam facile patris pacem in leges conficiet suas: Etiā haud scio: an ne uxorē ducat: at Syro nil sit gratie: qd aūt hoc est? Senex exit foras: ego fugio ob hoc quod factū est: Miror: non iussisse arripi me: hinc nūc ad Menedemū pergā: eum mihi precatorē paro. seni nostro fidei nihil habeo.

Sostrata. Chremes.

Rofecto nisi caues mi homo aliqd gnato cōficies mali: idq; adeo miror: quomō tam ineptū quicq̃ tibi uenire ī mentē mi uir potuerit. Chre. Ob pgin mulier esse nullā ne ego rem unq̃ in uita mea uolui: quin tu in ea re mihi aduorsatrix fueris Sostrata.

At si rogem: iam quid est quod peccem: aut quamobrem id faciā nescias: In qua re nunc tam euidēter restas stulta: Sos. Ego nes/cio. Chre. Immo potius quidem scis q̃ redeat ad integrū eadem oratio. Sos. Ob iniquus es qui me tacere de re tanta postules. Chre. Non postulo: iam loquere: nihilominus ego faciam hoc tamen. Sos. Facies? Chre. Verum. Sos. Non uides quantū mali ex ea re excites: subditum se suspicatur. Chre. Subditum? ain tu Sos. Certe inquā mi uir. Chre. Confitere tuū non esse. Sos. Ah obsecro istuc eueniat nostris inimicis: sed ego ne confitear meum non esse filiū: qui sit meus? Chre. Quid metuis? ne non cum uelis conuincas illum esse tuum? Sos. Quod filia inuenta est. Chre. Nō sed quo magis credendum siet: id quod consimilis est moribus cō/uinces facile ex te natum: nam illi nihil uicii est relictum: quin itidem sit tibi: Tum preterea talem nulla: nisi tu pareret: sed ipse egreditur q̃ seuerus: Rem cum uideas censeas.

Clitipho: Sostrata: Chremes

I unquā ullum fuit tempus mater cum ego uoluptati tibi fuerim dictus filius tuus tua uoluntate obsecro eius ut me/mineris: atq; inopis te nūc misereścat mei quod peto: aut uolo: parētes meos ut cōmostres mihi. Sos. Obsecro mi gnate ne istuc in animum inducas tuum alienū esse. Clit. sum. Sos. Miseram me hoccine quesisti? obsecro: ita mihi atq; huic sis superstes: ut ex me atq; illo natus es: Et caue post hac: si me amas: nūq̃ istuc uerbum ex te audiā. Chre. At si me metuis mores in te caue esse istos sēsiā. Clit Quos? Chre. si scire uis ego dicam: gerro: iners: fraus: belluo: ganeo: damnosus: & nostrum te esse credito. Clit. non sunt hec parentis dicta. Chre. nam si ex capite meo sis natus: ita ut aiunt mineruam esse ex Ioue: ea causa tamē nō magis patior Clitipho tuis flagiciis me infamen fieri. Sos. Dii istec prohibeāt. Chre. De/os nescio: ego quod potero: enitar sedulo: Queris id quod habes parentes: quod abest nō queris: patri quomodo obsequare ut ser/ues quod labore inuenerit: nō decuit mihi per fallacias adducere ante oculos. pudet dicere hac presēte uerbum turpe: At te nullo modo puduit facere. Clit. E. heu q̃ nūc totus displiceo: mihi: q̃ pu/det: ne quod principium ad placandum incipiam scio.

Menedemus: Chremes: Sostrata: Clitipho

Nimuero chremes nimis grauiter cruciat adolescentulum nimisq; inhumane: ex eo ut pacem conciliem: optime ipsos

uideo. chre. Hem. Menedeme cur non accersi iubes filiam: & qd̄ dotis dixi firmas? sos. Mi uir te obsecro ne facias. clit. Pater obsecro te ut mihi ignoscas. Me. Da ueniam chreme. clit. sine te exorem. chre. Ego ne ut dem mea bona Bachidi dono sciens? non faciam. Me. At nos non sinemus. clit. si me uis uiuū pater ignosce. sos. Age. chremes. Me. Age queso ne tam obfirma te chreme. chre. Quid istuc: uideo non licere quod ceperam hoc pertendere Me. Facis ut te decet. Chre. Ea lege hoc adeo faciam si id ipse faciet quod ego equū esse cēseo. Clit. Pater oīa faciam impera. Chre. Vxorem ut ducas. Clit. Pater. Chre. Nihil audio ipsum. Me. Ad me recipio faciet. Clit. Perii. Sos. An dubitas Clitipho? Chre. Immo ut uult. Me. Faciet omnia. Sos. Hec dum incipias grauia sunt: dumq̄ ignores: ubi cognoueris facilia. Clit. Faciā pater. Sos. Nate mi ego pol tibi dabo puellam lepidam: quam tu facile ames: filiam Phanochratis nostri. Cliti. Ruffam ne illā uirginem: cesiam: sparso ore: adunco naso: non possum pater. Chre. Eya ut elegans est credas animum ibi esse. Sos. Aliā dabo Clit. quid istuc? quando quidē ducenda est egomet habeo prope modum: quam uolo. Sos. Nunc laudo te gnate. Clit. Arconidis filiam. Sos. Perplacet. Clit. Nunc restat hoc pater. Chre. quid? Clit. Syro ut ignoscas uolo: qa que fecit mea causa fecit. Chre. Fiat. Vos ualere: & plaudite. Ego Caliopius recensui.

Explicit Eaphtontimorumenon.

Incipit. Adelph.

Erentii Aphri. Acta ludis funebribus. Q. Fabio Maximo. P. Cornelio Aphricano Edilibus Curulibus. Iocos fecere. L. Attilius prenestinus. Minutius postimus. Modos fecit Flaccus. Claudius tybiis dextris. saranus greca Menādri Aucio. M. cornelio cōsulibus.

Argumentum.

Vos cum haberet Demea adolescētulos: dat Mitioni fratri adoptādū Eschinū: sed Tesiphonē retiet: hūc citaristrie lepore captū sub duro ac tristi prē frater celebat Eschinus flāmāq amoris ī se trāfferebat: deiq̄ fidicinā leōni eripuit: uiciauerat idē Eschi. ciuē Atthicā paupculā fideq̄ dederat: hāc sibi uxorē fore:

Demea iurgare: ac grauiter ferre: mox tamē ut ueritas patefacta est: ducit Eschinus a se uiciatam ciuem Atthicam uirginem uxorē: Thesipho potitur citaristria exorato suo duro patre Demea.

Prologus

Ostq̄ poeta sensit scripturam suam ab iniquis obseruari: & aduersarios rapere in deteriorem partem: quam acturi sumus: inditio de se ipse erit: & uos eritis iudices: Laudin: an uicio duci factum oporteat? Sinaphodnes condestifili comedia est: eam commorientes Plautus fecit fabulam in greco: adolescens est: qui lenoni eripuit meretricem. In prima fabula eum Plautus locum reliquit integrum: eum hic locum sumsit sibi in Adelphos: uerbum de uerbo expressū extulit: eam nos acturi sumus nouam: pernoscite furtum ne factum existimetis? an locum reprehensum: qui preteritus negligentia est: Nam quod isti dicunt maliuoli nobiles eum adiutare: assidueq; una scribere: quod illi maledictum esse existimant: eam laudem hic duxit maximam: cū illis placet qui uobis uniuersis: & populo placent: Quorum opera in bello: in ocio: in negocio suo quisq; tempore usus sine superbia. Dehinc ne expectetis argumentum fabule: senes qui primi uenient: hi partē aperiēt in agendo: partem offendent. Facite ut equanimitas poete ad scribendum augeat industriam.

Mitio

Torax nō rediit ac nocte a cena Eschinus neq; seruulorū quisquam: qui aduorsum ierant: quod profecto hoc uere dicunt. Si absis uspiam: aut sicubi: ubi si cesses euenire ea satius est que in te uxor dicit: & que in animo cogitat irata: quam illa que parentes propicii: uxor si cesses aut te amare cogitat: aut te amari: aut te potare: aut animo obsequi: tibi bene esse soli: cū sibi sit male. Ego quia nō rediit filius que cogito? quibus nūc sollicitur rebus? ne aut ille alserit: aut uspiam ceciderit: aut perfregerit aliquid. Vah quenquā ne hominem instituere in animo: aut parare quod sit charius: quam ipse est sibi: Atq; ex me hic natus non est: sed ex fratre: Is adeo dissimili studio iam inde ab adolescentia: ego hanc clementem uitam urbanam: atq; ocium secutus sum: Et quod fortunatum isti putant uxorem nunquam habui: Ille contra hec omnia ruri agere uitam semper parce: ac duriter se habere: uxorem duxit: nati filii duo. unde ego maiorem hunc adoptaui mihi: eduxi a paruulo habui: amaui pro meo: In eo me oblecto: solum

id est charum mihi. Ille ut itidem cõtra me habeat facio sedulo do:
permitto: nõ necesse habeo omnia pro meo iure agere: postremo
alii clanculum patre faciunt que fert adolescentia: ea ne me celet
consuefeci filium. Nam qui mentiri: aut fallere consueuerit pa/
trem: aut audebit: tanto magis ceteros. pudore: & liberalitate libe/
ros retinere satius esse credo: quam metu: Hec fratri mecum non
conueniunt: neq; placent. Venit ad me sepe clamitans: quid agis
Mitio? cur perdis adolescentem nobis? cur amat? cur potat: cur tu
his rebus sumptus suggeris? uestitu nimio indulges: nimium ineptus
est: nimium ipse durus est: preter equum & bonum: & erat quidem
longa mea sententia: qui imperium credat longius esse aut stabilius
ui quod fit: quam illud quod amicicia iungitur Mea sic est ratio:
sic animum induco meum: malo coactus qui suum officium facit:
dum id rescitum iri credit tantisper cauet. Sed si sperat fore clam
rursum ad ingenium redit. Ille quem beneficio adiungas si ex ani/
mo facit: studet par pari referre: & presens absensq; idem erit. hoc
patrum est potius consuefacere filium sua sponte recte facere: q̃
alieno metu: hoc pater: ac dominus interest: hoc qui nequit fate/
atur nescire se imperare liberis. Sed est ne hic ipsos de quo aiebã?
& certe is est: nescio quid tristem uideo: credo iam ut solet iurgabit.
Saluum te aduenire Demea gaudemus.

Demea Mitio

Em oportune: te ipsum querito Mi. Quid tristis es? De.
Rogas me? ubi nobis Eschinus siet. quid tristis ego sum?
Mi. dixin hoc fore. quid is fecit. De. Quid ille fecit? quem neq;
pudet quicquam: neq; metuit quemquam: neq; legem putat tenere
se ullam. Nam illa que antehac facta sunt omitto. modo quid
dissignauit? Mi. Quid nam id est? De. Fores effregit. atq; in edes
irruit alienas: ipsumq; dominum: atq; omnem familiam mulctauit
usq; ad mortem. simul eripuit mulierem quam amabat. clamant
omnes indignissime factum esse hoc. aduenienti quot mihi Mitio
dixere? in ore est omni populo. Deniq; si conferendum exemplũ
est non fratrem uidet rei ruri dare operam: & ruri esse parcum:
atq; sobrium. nullũ huius factum simile. hoc cum illi dico Mitio.
tibi dico: tu illum corrumpi sinis. Mi. Homine imperito nunquam
quicquam iniustus est. qui nisi: quod ipse facit: nihil rectum putat.
De. Quorsum istuc? Mi. Quia tu Demea hec male iudicas. Non
est flagitium: mihi crede: adolescentulum scortari: neq; potare:

neq; foreſ effringere. hec ſi neq; ego: neq; tu fecimuſ Non ſiuit
egeſtaſ facere noſ. Tu nunc tibi id laudi duciſ? quod tu feciſti in/
opia. iniurium eſt. Nam ſi eſſet unde id fieret feciſſemuſ: & tu illū
tuum: ſi eſſeſ homo: ſinereſ nunc facere dum per etatem licet: po/
tiuſ q̃ ubi te expectatum eieciſſet foraſ alieniore etate poſt faceret
tamen. De. Prob Iupiter tu homo redigeſ me ad inſaniam. Non
eſt flagitium facere hec adoleſcentulum. Mi. Ah auſculta: ne me
obtundaſ de hac re ſepiuſ tuum filium dediſti adoptandum mihi.
Iſ meuſ eſt factuſ. Si quid peccat Demea mihi peccat. Ego illi
maximam partē feram obſonat. potat. olet ungenta. de meo amat
dabitur argentum a me dum erit cōmodum ubi non erit excludetē
fortaſſe foraſ. foreſ effregit reſtituētur. diſcidit ueſtem reſarcietē.
eſt diiſ gratia & unde hec fiant. & adhuc nō moleſte ſūt. Poſtremo
aut deſine aut cedo quemuiſ arbitrum te plura in hac re peccare
oſtendam. De. Hei mihi pater eſſe diſce ab hiſ qui uere ſciūt. Mi.
Natura tu illi pater eſ. cōſiliiſ ego. De. Tu ne conſuliſ quicquā.
Mi. Ah ſi pergiſ abiero. De. Siccine agiſ? Mi. An ego totienſ de
eadem re audiam. De. Cure eſt mihi. Mi. Et mihi cure eſt. uerū
Demea curemuſ equam uterq; partē. tu alterum: ego uero alterū:
nam amboſ curare. ꝓpemodū repoſcere illū eſt quē dediſti. De. ab
Mitio. Mi. Mihi ſic uidetur. De. Quid iſtuc? ſi tibi iſtuc placet.
profundat. pereat. perdat. nihil ad me attinet. iam ſi uerbū unū
poſthac? Mi. Rurſum Demea iraſcere. De. Ai nō crediſ? repeton
quē dedi? egre eſt? alienuſ nō ſum: ſi obſto. Hem deſino. unū uix
curo. & eſt diiſ gratia cū ita ut uolo. Iſte tuuſ ipſe ſētiet poſteriuſ.
nolo in illū grauiuſ quicq̃ dicere. Mi. Nec nihil: neq; hec omnia
ſūt que dicit: tamen nō nihil moleſta hec ſunt mihi: ſed oſtendere
me egre pati illi nolui. nam ita eſt homo cū placo aduerſor ſedulo
& deterreo: tamen uix humane patitur. uerum ſi adaugeam: aut
etiam adiutor ſim eiuſ iracundie inſaniam profecto cum illo: & ſi
Eſchinuſ non nullam in hac re nobiſ faciat iniuriam: quam hic nō
amauit meretricē? aut cui nō dedit aliquid? poſtremo nuper cre/
do iam omnium tedebat. dixit uelle ſe uxorem ducere: Sperabam
iam deſeruiſſe adoleſcentiam. gaudebam. ecce autem de integro.
Sed quicquid eſt uolo ſcire: atq; hominē cōuenire. ſi apud foꝝ eſt.

Sannio leno. Eſchinuſ.

Bſecro pupulareſ ferte miſero: atq; innocenti auxilium:
ſubuenite inopi. Eſchi. ocioſe nūc iam illico hic conſiſte dū

adero hic nunq̄ tanget. Quid respectas? nihil est pericli. Sā. Ego istam inuitus omnibus. Eschi. quanq̄ est scelestus. nō cōmittet hodie unq̄ iterū ut uapulet. San. Ah Eschine audi ne te ignarū fuisse dicas meorū morū. Leno ego sū. Eschi. scio. San. At ita ut usq̄ fuit fide quisq̄ optima. tu quod te posterius purges hanc mihi iniuriā nolle factā esse huic: neq; faciā. crede hoc: ego meū ius ꝓsequar: neq; tu uerbis solues unq̄ qđ mihi in re male feceris. noui uestra hec nollem factū. iusiurandū dabitur te esse indignū iniuria hac. indignis cū egomet sim acceptus modis. Eschi. Abi prestrenue. ac fores aperi. San. Ceterū hoc nihil facies. Eschi. I intro nūc iam tu San. At enim non sinam. Eschi. accede huc Parmeno? nimiū istoc abisti. hic prope hūc assiste. San. Hem sic uolo. Eschi. Caue nūc oculos. a meis oculis quoq̄ dimoueas tuos. ne in mora sis: si induero iam quin pugnus cōtinuo ī mala hereat. San. istuc uolo ego ipsū experiri. Eschi. Hem serua. omitte mulierē. Sā. O miserū facinus. Eschi. Geminabit nisi caues. San. Hei miseriam? Eschi Non in/nueram. Verū in istam ptem potius peccato. I tamē nūc iam. Sā. Quid hoc rei est? Regnum ne tu hic Eschine possides? Eschi. Si possiderem ornatus esses ex tuis uirtutibus. San. Quid tibi rei est mecum. Eschi. Nihil. San. Quid? nostin quid sim? Eschi. nō de/sidero. Sā. Tetigin tui quicq̄? Eschi. Si attigisses ferres infortuni/um. San. qui tibi magis licet meam habere pro qua ego argentum dedi. respōde? Eschi. Ante edes erit melius nō fecisse hoc cōuitiū. nam si molestus pergis esse iam ītro arripiere: atq; ibi usq; ad necē operere loris. San. Loris liber? Eschi. Sic erit. San. O hominem impurū hiccine libertatem aiut esse equā omnibus? Eschi. Satis debachatus iam leno es. audi si uis iam nūc. San. Egó debachatus sum in te: an tu in me? Eschi. Mitte ista atq; ad rem redi. San. Quam rem? quo redeam. Eschi. iam ne me uis dicere id: qđ ad te attinet? San. Cupio equi modo aliqd. Eschi. Vah leno iniqua nō uult loqui. San. Leno sū fateor pernities cōmunis adolescentium. periurus: pestis: tamē tibi a me nulla orta est iniuria. Eschi. Nam hercle etiam id restat. San. illud queso redi quo cepisti Eschine. Eschi. Minis uiginti tu illā emisti. que res tibi uertat male. argēti tantūdem dabiē. San. Quid si illā nolo uendere? coges me? Eschi. Minime. San. Nanq; id metui. Eschi. Neq; uenundandam cēseo que libera est. Nam ego liberali illam assero causa manu. nūc uide utrum uis argentum recipere: an causam meditari tuam Delibera

hoc dum redeo Leno. San. Proh summe Iupiter minime miror qui insanire occipiunt ex iniuria. domo me eripuit: uerberauit. me inuito aduxit meã ob male facta hec. tantidem emptã postulat sibi traddier. O mihi homini plus misero quingentos colaphos infregit mihi. Verumenim quando bene promeruit fiat. suum ius postulat. age iam cupio si modo argentum reddat. Sed hec ego ariolor: ubi me dixero dare sibi tanti testes illico faciet uẽdidisse me. de argẽto somnium. mox cras redi. id quoq; possum ferre. si modo reddat: quanq̃m iniurium est. uerum cogito id quod res est. quando eum questum iniceperis accipienda & mussitanda iniuria adolescentiũ est. Sed nemo dabit. Frustra egomet mecum has ratioẽs deputo.

Syrus. Sannio.

A te egomet conueniam ipsũ: cupide accipiat iam faxo atq; etiã in bene dicat secum esse actum. Quid istuc Sãnio est? q̃ te audio nescio quid concertasse cum hero? San. Nunq̃ uidi iniquius concertationem cõperatam: quam hodie inter nos fuit: ego uapulando ille uerberãdo adeo usq; defessi sumus Syr. Tua culpa Sã. Quid agerem? Syr. Adulescenti morẽ gestum oportuit. San. Qui potui melius? qui hodie usq; os prebui? Syr. Age scis q̃d loquar? pecuniam in loco negligere maximum interdum est lucrũ. San. Hui. Syr. Metuisti si nũc de tuo iure concessisses paululũ. atq; adolescenti esses morigeratus hominum homo stultissime non ne tibi istuc feneraret. San. Ego spem pretio non emo. Syr. nũq̃ rem facies. abi. nescis inescare homines Sannio. San. Credo istuc melius esse. uerum ego nunq̃ adeo astutus fui: quin quicq̃d possem mallẽ auferre potius in presentia. Syr. Age noui ego tuum animũ quasi usq̃ tibi sint. xx. mine. dum huic obsequare. preterea aiunt te proficisci in cyprum. San. Hem. Syr. Coemisse hinc que illuc ueheres multa. & nauim conductam. hoc scio animus tibi pendet. ubi illinc spero redieris bene hoc ages. San. Nusq̃ pedem. perii hercle. hac illi spe hoc inceperunt. Syr. Timet. inieci scrupulum homini. San. O scelus illud uide ut in illo articulo oppressit. ẽpte mulieres complures. & item hinc. aliaq; porto cyprum. nisi ego eo illud mercatum uenio damnũ maximũ est. Nunc si hoc omittam actum agam. ubi illinc rediero nihil est. refrixerit res. Nũc demũ uenis? cur passus? ubi eras: ut sit satius perdere: quam hic nunc manere tam diu aut tum persequi. Syr. Iam enumirasti quod ad te rediturum putas. San. Hoccine illo dignum est. hoccine incipere

Eschinum per opressionem ut hanc mihi eripere postulet. Syr. la/
bescit. unum habeo hoc. uide si satis placet potius: quam uenias in
periculum Sannio. serues ne an perdas totum dimidiū face. minas
decem corradet aliūde. San. Hei mihi etiam de sorte nunc uenio
in dubium miser pudet nihil. omnes dentes labefecit mihi. preterea
colophis tuber est totum caput. etiam insuper defraudat: nusq̄m
abero Syr. Vt lubet. nunquid uis quin abeam? San. Immo hercle
queso Syre ut hec sint facta potius: quam lites sequar. meū mihi
reddatur: saltem quanti empta est Syre scio te nō esse usū antehac
amicitia mea memorem me dices esse & gratum. Syr. Sedulo faci/
am. Sed Thesiphonem uideo. Letus est de amica. San. quicquid
te oro. Syr. Paulisper mane.

Thesipho. Syrus.

Bs quiuis homine cum est opus beneficium accipere gaudeas.
Verum enimuero id demum iuuat si quem equū est bene/
facere is benefacit. O frater frater quid ego nunc te laudem? satis
certe scio. nunquam ita magnifice quicquam dicam id uirtus quin
superet tua. Itaq̄ unam hanc rem me habere precipuam preter
alios arbitror fratrem homini neminem esse primarū artiū magis
principem. Syr. O Thesipho. The O Syre Eschinus ubi est. Sy.
Ellum te expectat domi The. Hem. Syr. quid est? The. Quid
fit? illius Syre opera nunc uiuo: festiuum caput. qui omnia sibi
post putauit esse pro meo cōmodo. maledicta: famam: meū amo/
rem: & peccatum in se transtulit. Nihil potest supra. Sed quisnā
fores crepuit? Syr. Mane: mane ipse erit foras.

Eschinnus. Sannio. Thesipho. Syrus.

Bi est ille sacrilegus? San. Men. querit. nūquid nam affert?
occidi nihil uideo. Eschi. Hem oportune te ipsum querito. qd fit
Thesipho. in tuto est omnis res. omitte uero tristitiā tuam. The.
Ego illam facile hercle uero omitto qui te habeam fratrem mi
Eschine. o mi germane. ab uerror corā in os te laudare amplius:
ne id assentandi magis: q̄ quod habeam gratum facere existimes.
Eschi. Age inepte. quasi nunc non nouimus nos inter nos The/
sipho. Sed hoc mihi dolet. nos pene sero scisse? & pene rem in eum
locum redisse: ut si omnes cuperent: tibi nihil possent auxiliarier.
The. pudebat. Eschi. Ah stultitia est hec: non pudor. tam ob par/
uulam rem pene ex patria turpe dictu deos queso ut iste ꝓhibeāt.
The. Peccaui. Eschi. Quid ait tandem nobis Sannio? Syr. Iam

mitis est. Eschi. Ego ad forum ibo ut huc absoluã tu intro ad illã
Thesipho. San. Syre insta. Syr. Eamus nanq; properat in cy/
prum. San. Non tam quidem cito · quamuis etiam maneo otiosus
hic. Syr. Reddetur. ne time. San. At ut rem omnem reddat. tace.
Syr Omnem reddet. tace modo. ac sequere hac. San. Sequor.
The. . Heus heus Syre. San. Hem quid est. The. obsecro hercle
hominem istum impurissimum q̃primum absoluitote: ne si magis
irritatus siet aliqua hec ad patrem perueniat. atq; ego tunc perpe/
tuo perierim. Syr. Non fiet bono esto animo. tu cũ illa esto intus:
& oblecta te interim: & lectulos iube sterni nobis: & parari cetera.
Ego autem iam transacta re conuertam me domum cum obsonio.
The. ita queso. quando bene successit hilarem hũc sumamus diem.

Sostrata. Cantara.

Bsecro mea nutrix quid nunc fiet? Can. Quid fiet rogas?
recte edepol spero. So. Modo dolores mea tu occipiunt
primulum. Can. Iam nunc times quasi nunquam affueris. nunq̃m
tu te peperis. So. Miseram me. neminem habeo sole sumus. Geta
autem hic non adest: nec quem ad obstetricem mittam habeo: nec
qui accerserat Eschinum. Can. Polis quidem iam hic aderit Nam
nunq̃m unũ intermittit diem: quin semper ueniat. Sostrata. solus
miseriarum mearum est remedium. Can. Hera nate haud melius
fieri potuit: quam factum est. hera quando uitium oblatum est:
quod ad illum attinet potissimum talem tali ex genere: atq; animo
natum ex tanta familia. So. Ita. pol est ut dicis. saluus nobis deos
queso ut siet.

Geta. Sostrata. Cantara.

Vnc illud est quod si omnes omnia sua consilia conferant:
atq; huic malo salutem querant auxilii nihil nobis afferãt
mihiq; hereq; filieq; herili est. Ve misero tot res repente circum/
uallant unde emergi non potest. uis. egestas. iniustitia. solitudo.
infamia. hoccine est seculum? o scelera. o genera sacrilega? o ho/
minem impium? So. Me miseram. quid nam est sic uideo timidum
& properantem Getam. Ge. Quem neq; fides: nec iusiurandum:
neq; illum misericordia repressit: neq; reflexit: neq; q partus in/
stabat prope: cui misere indigne per uim uitium intulerat. So. nõ
intelligo satis que loquitur? Can. Propius obsecro accedamus Sos/
trata. Ge. Ah me miserum uix sum compos animi ita ardeo iracũ/
dia. nihil est quod malim: quam totam illam familiam dare mihi

obuiam. ut ego iram hanc in eos euomam dum Egritudo hec est
recens satis mihi habeam id supplicii dum illos ulciscar modo. seni
animam extinguerem primum ipsi: qui illud produxit scelus. tum
autem Syrum impulsorem. Vah quibus illum lacerarem modis.
sublimem medium arriperem. & capite primum in terram statuerē:
ut cerebro dispertito esset: adolescenti ipsi eriperem oculos: post
hec precipitem darem ceteros ruerem. agerem: raperem: tūderem:
& posternerem: sed cur cesso heram his malis impartiri propere.
So. Reuocemus. Geta. Ge. Hem quisquis sine me? So. Ego sum
Sostrata. Ge. ubi ea est? te ipsam querito: te expecto. oppido o/
portune te obtulisti mihi obuiam hera. So. Quid est? quid trepi/
das? cur times. Ge. Hei mihi. So. Quid festinas mi Geta? animum
recipe. Ge. Prorsus. So. Quid istuc prorsus ergo est? Ge. Peri/
mus. actum est. So. Eloquere obsecro te quid siet? Ge. Iam. So.
Quid iam Geta? Ge. Ab Eschinus. So. Quid is ergo. Ge. Aliennus
est a nostra familia. So. Hem perii quare? Ge. Amare cepit aliā.
So. Ve misere mihi. Ge. neq; id occulte ferta lenone ipsius eripuit
palam. So. Scis ne hec certo? Ge. Certe hisce oculis egomet uidi
Sostrata. So. Ah me miseram. quid credis iam? aut cui credas? &
uidisti hoc facere nostrum Eschinum nostrarum uitam omnium:
in quo nostre spes: opesq; omnes site erant: qui sine hac iurabat se
unum nunquam uicturum diem: qui se in suo gremio positurum
puerum dicebat patrem ita obsecraturum ut liceret hanc sibi ux/
orem ducere. Ge. Hera lachrimas mitte: ac potius quod ad hanc
rē opus est. porro prospice patiamur ne? an narremus cuipiā. So.
Ahu mi homo sanus ne es hoc proferēdum tibi uidetur esse usq̄m.
Ge. Mihi quidem non placet. Iam primum illum alieno animo a
uobis esse res ipsa indicat. Nunc si hoc palam proueremus ille in/
ficias ibit sat scio. tua fama: & genati uita in dubium ueniet. Tū
si maxime fateatur cum amet aliam non est utile hanc illi dari
quapropter quoquo pacto celato opus est. So. Ah minime gen/
tium non faciam. Ge. Quid ais. So. proferam. Ge. Hem mea. So.
uide quam rem agas. Sostrata. peiore res in loco non potest esse:
quam in nunc sita est. Primum indotata est. Tum preterea quo
secunda ei dos erat periit. pro uirgine dari nuptum non potest. hoc
reliquum est. si inficias ibit: testis est mecū anulus quē ipse amiserat.
Postremo quidem ego conscia mihi sum: a me culpam esse hanc
procul: neq; pretium: neq; rem ullam intercessisse. Illam autem me

indignam Geta experiar. Ge. Quid istuc? accedo ut melius dicas.
So. Tu quantum potes abi: atq; Egioni cognato huius rem enar/
rato omnem ordinē. Nam is nostro Simulo fuit summus: & nos
coluit maxime: Ge. Nam hercle alius nemo respicit nos. Sostra.
Propera tu mea. Cantara curre obstetricem accersa: ut cum opus
sit: ne in mora siet nobis.

Demea.

Isperii Thesiphonem audiui filium una fuisse in raptione
cum Eschino. id misero mihi restat mali. si illum potest qui
alicuius rei est: etiam eum ad nequitiam adducere. ubi ego illum
queram? credo aductum in ganeum aliquo. persuasit ille impurus
sat scio. Sed eccum Syrum ire uidio. huic scibo iam ubi siet. atq;
hercle hic de grege illo est. si me senserit eum queritare? nūq̄ dicet
carnifex. non astendam id uelle.

Syrus. Demea.

Mnem rem modo seni quo pacto haberet enarrauimus
ordine. nihil uidi quicq̄ letius. De. Proh Iupiter hominis
stultitiam. Sy. Collaudauit filium: & mihi qui dedissem consilium
egit gratias. De. Disrumpor. Sy. Argentū munerauit illico. dedit
preterea in sumptum dimidium mine. Id distributum sane est ex
sententia. De. Hem huic mandes si quid recte curatum uelis. Sy.
Hem Demea? haud aspexeram te. Quid agitur? De Quid agat?
uestram nequeo mirari satis rationem. Sy. Est hercle inepta ne
dicam dolo atq; absurda. pisces ceteros purga Dromo? congrum
istum maximum in aqua sinito ludere paulisper. ubi ego uenero.
exossitabitur. prius nolo. De. Heccine flagitia. Sy. Mihi quidē
non placent. exclamo sepe salsamenta hec Stefanio fac ut mace/
rentur pulchre. De. Dii uestram fidem. utrum studio ne id sibi
placet: an laudi putat fore si perdiderit gnatum. Ve misero mihi
uidere uideor iam illum diem: cum hinc egens profugiet aliquo.
militatum. Sy. O Demea: istud est sapere: non quod ante pedes
modo est uidere. Sed & iam illa que futura sunt prospicere. De.
Quid istec iam penes uos psaltria est? Sy. Est iam intus. De. Heo
an domi est habiturus? Sy. Credo ut est demētia. D. Heccine fla/
gitia fieri? Sy: inepta lenitas patris & facilitas praua. De. Fratris
me quidem pudet pigetq;. Sy. Nimium inter uos Demea: ac non
quia ades presens dico. hoc pernimium interest. tu quantus: q̄uis
nihil nisi sapientia es. ille futilis: somnium. sineres uero illū tu tuū

facere hec? De. Sinerem illum? aut non sex totis mensibus prius olfecissem: q̃ ille quicq̃ ceperit. Sy. uigilantiam tuam tu mihi narras? De. Sic fiet modo ut nunc est queso. Sy. Ut quisq; suum uult esse: ita est. De. quid eum uidistin hodie. Sy. Tuum ne filiũ? abiit hinc rus iam dudum. aliquid ruri agere arbitror. De. Satin scis ibi esse eum? Sy. Oh quem egomet produxi. De. Optime est. mecum ne hereret hic. Sy. Atq; iratum admodum? De. Quid autem. Sy. Adortus est iurgio fratrem apud forum de psaltria istac. De. Ain uero? Sy. Vah: nihil reticuit. Nam ut numerabatur forte argẽtum interuenit homo de inprouiso cepit clamare. O Eschine hecine flagitia facere te? hec admittere indigna generi nostro? De. Oh: oh. lacbrimo pregaudio. Sy. Non tu hoc argentum perdis: sed uitam tuam. De. Saluus sit. spero est similis maiorum suorum. Sy. Hui. De. Syre preceptorum plenus est istorũ ille. Sy. Hui. philosophos domi habuit unde disceret. De. Fit Sedulo nihil pretermitto cõsuefacio deniq; inspicere tanq̃ in speculo uitas hominũ iubeo. Atq; ex aliis sumere exemplum sibi. hoc facito. Sy. Recte sane. De. Hoc fugito. Syr. Callide. De. Hoc laudi est. Sy. Istec res est. De. Hoc uitio datur. Syr. Probissime. De. Porro autẽ. Sy. Non hercle tempus est nunc mihi auscultandi. pisces ex sentẽtia nactus. hi mihi ne corrũpant cautio est. Nã id nobis flagitiũ ẽ: q̃ illa Demea facere uobis que modo dixit: & q̃ queo cõseruis ad eundem istũc modum. hoc salsum est. hoc adustum. hoc lautũ est. parum illud recte: iterum sic mementote sedulo moneo que possum pro mea sapientia. Postremo tamq̃ inspeculum in patinas Demea inspicere iubeo & moneo quid facto usus siet. inepta hec esse que facimus sencio. uerum quid facias ut homo est ita morem geras. numquid uis. De. Mentem uobis meliorem dari. Sy. Tu rus hinc abis. De. Recte. Sy. Nam quid tu agis hic. ubi si quid bene precipias nemo obtemperat. De Ego uero hinc abeam. quando is quãobrem huc ueneram rus abiit illum curo. ille ad me attinet. quando ita uult frater. de istoc ipse uiderit. sed quis illic est. procul quem uideo. Est ne Egio tribulus noster: si sat cerno is hercle est. Vah homo amicus nobis iam inde a puero. Dii boni ne illius modi. iam mangna nobis ciuium penuria est: homo antiqua uirtute & fide haud scio mali quicq̃ ortum ex hoc sit pbulice. q̃ gaudeo ubi eciam huius generis reliquas restare uideo. Vah uiuere etiam nunc libet. operiar hominem hic ut salutem & colloquar.

Egio. Geta. Demea. Pamphila.

Rob dii imortales. facinus indignum Geta. Ge. Sic sic factum est. Egi. Quid narras. Ge. Sic est factum. Eg. Ex illam familia tam illiberale facinus esse ortum? o Eschine pol haud paternum istuc dedisti. De. Videlicet de psaltria hac audiuit. id illi nunc dolet alieno. pater is nihili pendit. hei mihi utinam hic prope adesset alicubi: atq; audiret hec. Eg. Ni faciant que illos equum est: haud sic auferent. Ge. In te spes omnis Egio nobis sita est. te solũ habemus. tu es patrõus. tu es pater. ille tibi moriens nos cõmẽdauit senex. si deseris tu perimus. Eg. Caue dixeris: neq; faciã neq; satis pie posse arbitror. De. Adibo. saluere Egionem plurimũ iubeo. Eg. O te querebam ipsum. salue Demea. De. Quid autem Eg. maior filius tuus Eschinus quem fratri adoptandum dedisti: neq; boni: neq; liberalis functus officium est uiri. De. Quid istuc est? Eg. Nostrum amicũ noras Simulum: atq; equalem. De. Quid ni? Eg. Filiam eius uirginem uitiauit. De. Hem. Eg. Mane. nõdum audisti Demea quod est grauissimum. De. An quicq̃ est etiam amplius. Eg. Verum etiam amplius est. nam hoc idem ferendum aliquo modo est. persuasit nox: amor: uinum: adolescentia: humanum est. ubi scit factum ad matrem uirginis uenit ipsus Eschinus ultro lachrimans. orans: obsecrans: fidem dans: iurans se illam ducturum domum. ignotum est. tacitum est. creditum est. uirgo ex eo complexu grauida facta est. mensis hic decimus est. Ille bonus uir nobis Psaltriam si dus placet parauit. qui cum uiuat & illam deserat. De. Prob certon tu istec dicis? Eg. Mater uirginis in medio est. Ipsa uirgo: res ipsa hic Geta. Preterea ut captus est. seruulorum non malus: neq; iners. alit illas solus. omnem familam sustẽtat. hunc adduce uinci: quere rem. Ge. Immo hercle extorque. nisi ita factum est. Demea. postremo nõ negabit coram ipso. cedo. De. Pudet. nec quid agam: nec quid huic respondeam scio.

Pamphila. Egio. Geta. Demea.

Miseram me differor doloribus Iuno Lucina fer opem. serua me obsecro. Eg. Hem num nam illa queso parturit. Ge. Certe Egio. Eg. Hem illec fidem nunc Vestram implorat. Demea. quod uos iam cogit. uoluntate impetret. hec primum fiãt deos queso. ut uobis decet. sin autem aliter animus uester est. Ego Demea summa ui defendam hanc. atq; illum mortuum. cognatus

mihi erat. una a pueris paruuli sumus educati. una semper militie.
& domi semper fuimus. paupertatem una pertulimus grauẽ. qua/
propter nitar: faciam: experiar. deniq; animam relinquã: potius
q̃ illas deseram. quid mihi respondes? De. fratrem conueniam Egio.
Is quod mihi de hac re responderit: consilium sequar. Eg. Sed.
Demea hoc tu facito: tecum animo cogites. q̃ uos facile agitis: q̃
estis maxime potentes & diuites fortunati & nobiles tam maxime
uos equo animo equa noscere oportet. si uos uultis ꝑhiberi probos.
De. Redito. fiet que fieri equũ ẽ õnia. Eg. Decet te facere Geta.
duc me intro ad Sostratam. De. Non me indicente hec fiunt. ut
hoc sit modo defunctum. uerum hec illa nimium licẽtia profecto
euadet in aliquod magnum malum. Ibo ac requiram fratrem. ut
in eum hec euomam mala Eg. Bono animo fac sis Sostrata: & istã
quoad potes fac consolare. Ego Mitionem si apud forum est cõ/
ueniam. atq; ut res gesta est narrabo ordine. si est facturus ut sit
officium suum faciat. sin aliter de hac re eius est sententia. respõ/
deat mihi ut quid agam q̃primum sciam.

Thesipho. Syrus

In patrem abisse hinc rus Syr. Iamdudum. The. Dic sodes.
Sir. Apud uillam est. nũc autem maxime eum aliquid operis
facere credo. The. Utinam quidem quod cum salute eius fiat ita se
defatigari uelim ut triduo hoc perpetuo prorsus e lecto nequeant
surgere. Syr. ita fiat. & istoc si q̃d potis est rectius. The. Ita nã
hunc diem mi Syre cupio ut cepi perpetuum in leticiam degere: &
illud rus nulla alia causa tam male odi: nisi quia prope est: quod
si abesset longius Prius nox oppressisset illic: q̃ huc reuerti posset
iterum nũc ubi me illic non uidebit iam huc recurret sat scio. ro/
gabit me ubi fuerim. quem hodie toto non uidi die. quid dicam?
Syr. nihil ne in mente est? The. Nunq̃ quidem. Syr. Tanto es
nequior. cliens: amicus: hospes nemo est uobis. The. Sunt quid
postea? Syr. Hisce opera ut data sit. The. Que non data sit. nõ
potest fieri. Syr. Potest. The. Interdiu: sed si hic pernocto cause
quid dicam? Syre. Syr Vah q̃ uellem ut etiam noctu amicis o/
peram mos esset dari. quin tu ociosus es. ego illius sensum pulchre
calleo: cũ feruet maxime tam placidũ: q̃ ouem reddo. quo modo?
Syr. Laudarier te audit libenter. facio te apud illum deum: uir/
tutes narro. The. Meas. Syr. Tuas. homini illico lachrime cadũt
q̃si puero pregaudio. Hem tibi autem. The. quid nam est? Syr.

Lupus est in fabula. The. Pater est. Syr. Ipsus est. The. Syre quid agimus. Syr. Fuge modo intro. ego uidero. The. Si quid rogabit nusq̃ tu me audistin. Syr. Potin es ut desinas.

Demea. Thesipho. Syrus.

E ego infelix homo sum? Primum Fratrem nusq̃ inuenio gentium. preterea autem dum illum quero. a uilla mercẽnarium uidi. is filium negat esse rure: nec quid agam scio? The. Syre. Sy. quid agis? The. Men querit. Sy. Verum. The Perii. Syr. quin tu animo bono es. De. quid hoc malum infelicitatis. nequeo satis discernere: nisi me credo huic esse natum regi ferendis miseriis. primus sentio mala nostra: primas rescisco omnia: primus porro obnuncio egre. solus si quid fit fero. Syr. Rideo hunc. primum ait sese scire omnia is solus nescit omnia. De. Nunc redeo si forte frater redierit uiso. The. Syre obsecro uide ne ille prorsus huc se irruat. Sy. etiam non taces. ego cauebo. The. Nunq̃ ego istac hodie committam tibi. nam me in cellam aliquã cum illa cõcludam. id tutissimum est. Syr. Age tamẽ ego hũc amouebo. De. Sed eccum sceleratum Syrum. Syr. Non hercle hic quidẽ durare quisq̃ si sic fit potest. scire qdẽ uolo q̄ mihi sint domini que est hec miseria? De. Quid ille gannit? quid uult? quid agis bone Vir est frater domi? Syr. Quid malũ bone uir mihi narras? equidẽ perii. De. Quid tibi est? Sy. Rogitas. Thesipho me pugnis miserum: & istam Psaltriam usq; cecidit. De. Hem quid narras: Syr. Hem uide ut discidet labrum. De. Quamobrem: Syr. Me impulsore esse hanc emptã ait. De. Non tu eum rus hinc produsse aiebas. Syr. Factum. uerum uenit post insaniens nihil pepercit non puduit se uerberare hominem senem quem ego modo puerum tãtillum in manibus gestaui meis. De. Laudo te Thesipho. patrissas. abi. uirũ te iudico. Syr. Laudas ne: ille cõtinebit post hec si sapiet: manus. De. Fortiter. Syr. Perq̃. quia miserã mulierem: & me seruulũ qui referre non audebam uicit. hui fortiter. De. Non potuit melius. idem quod ego sensit. te esse huic rei caput. sed est ne frater intus: Syr. Non est. De. Vbi illũ querã cogito: Syr. scio ubi sit. uerũ hodie nunq̃ monstrabo. De. Hem quid agis: Syr. Ita. De. diminuetur tibi iam cerebrum quidẽ. Syr. At nomẽ scio illius hominis: sed locum noui ubi sit. De. Dic ergo locum. Syr. Nostin porticũ apud macellum hac deorsum. De. Quid ni nouerim: preterito hac recta platea sursum. ubi eo ueneris. cliuius deorsum uersũ est. hac

te precipitato. postea est ad hãc manum Sacellum ubi angiportũ
prope est. De. Quid nam? Syr. Illic ubi etiam caprificus magna
est. nostin? De. Noui. Sy. Hac pergito. De. Id quidẽ angipor/
tum non est peruium. Sy. Verum enim hercle. Vah censen me
hominem esse? erraui in porticum rursum redi. sane multo ꝓpius
ibis: & minor est erratio. Scin Carini huius ditis edes. De. Scio.
Syr. . ubi eas preterieris. Ito ad sinistram hac recta platea ubi ad
Diane ueneris templũ: Ito ad dexteram priusq̃ ad portã ueneris
apud locum ipsum est pistrilla & ex aduerso fabrica ibi est. De.
Quid ibi facit. Syr. Lectulos in sole ilgneis pedibus faciundos
dedit: ubi potetis uos. De. Bene sane. sed cesso ad eum pergere. Syr.
Sane ego te exercebo hodie ut dignus es silicernium Eschinus
ociose cessat. prandium corrumpitur. Thesipho autẽ in amore est
totus. ego iam prospiciam mihi. Nam iam adibo. atq; unũquodq;
quidem quod erit bellissimum carpã. & ciatos sorbellans. paulatim
hunc producam diem.

Mitio. egio.

Go in hac re nihil reperio. quamobrem lauder tantopere
Egio. meum officium facio. quod pccatum est a nobis ortũ
corrigo: nisi me in illo credidisti esse hominum numero: qui ita
putant sibi fieri iniuriam. ultro si quam facere ipsi expostulant:
& ultro accusant id: quia non est a me factum agis gracias. Eg.
Ah minime numquam re aliter: atq; es in animum induxi meum.
Sed queso ut una mecum ad matrem uirginis eas Mitio: atq; istec
eadem que mihi dixti: tute dicas mulieri. suspitionem hanc ꝓpter
fratrem eius esse: & illam Psaltriam. Mi. Si ita equm censes: aut
si ita opus est facto eamus. Eg. benefacis. nam & illi animum rele/
uabis que dolore: ac miseria tabescit: & tuo officio fueris functus.
sed si aliter putas egomet narrabo que mihi dixti. Mi. Immo ego
ibo. Eg. Benefacis. omnes qbus res sunt minus secunde magis sunt
nescio quomodo suspiciosi: ad contumeliam omnia accipiunt. ma/
gis ꝓpter suam impotenciã se semper credunt negligi. quapropter
te ipsum purgare ipsis coram placabilius est. Mi. Recte & uerũ
dicis. Eg. Sequere me ergo hac intro. Mi. Maxime

Eschinus

Iscrucior animi hoccine de inprouiso mali mihi obici tãtum
ut neq; quid de me faciam: neq; qd agã certũ siet. membra
metu debilia sũt. animus timore obstupuit. pectore cõsistere nihil

consilii potest. Vah quomõ me ex hac expediã turba? tanta nũc suspitio de me incidit: neq; ea inmerito Sostrata credit mihimet Psaltriam hanc emisse. id anus mihi inditium fecit. Nam ut hinc forte ea ad obstetricem erat emissa ubi uidi eam. illico accedo. rogito Pambila quid agat: si iam prius adest. eo ne obstetricẽ accerseret. illa exclamat. abi: iam Eschine satis diu dedisti uerba nobis. satis adhuc frustrata est fides. Hem quid istuc obsecro inquam. ualeas: habeas illam que placet. sensi illico id illas suspicari: sed me depressi tamẽ ne quid de fratre garrule illi dicerẽ: ac fieret palã. nunc quid faciam? dicam. fratris esse hãc: id quod minime est opus usq̃ efferri. age omitto: fieri potis est: ut ne qua exeat. ipsum id metuo ut credant: tot concurrunt uerisimilia egomet rapui. ipse egomet solui argentum. ad me adducta est domum. hec adeo mea culpa fieri fateor. non me hanc rem patri ut erat gesta indicasse: exorasse ut eam ducerem. cessatum usq; adhuc est nunc iam porro Eschine expergiscere nunc hoc est primum. ad illas ibo ut purgẽ me accedam ad fores. perii. horresco. semper ubi hasce pulsare occipio fores miser. heus Eschinus ego sum. aperite. aliquis actutum hostium prodit. nescio quis. concedam huc.

Micio. Eschinus.

Ta ut dixti Sostrata facito. ego Eschinum conueniam ut quomodo hec acta sũt sciat. Sed quis hostiũ hoc pulsauit. Eschi. Pater hercle est. perii. Mi. Ah Eschine. Es. Quid patri hic negotii est? Mi. Tu ne has pepulisti fores. tacet. cur nõ ludo hũc aliquantisper. melius est. quandoquidẽ nunq̃ hoc ipse uoluit credere nihil mihi respondes? Es. Non equidem istas quid sciã. Mi. Ita. nam mirabar quid hic negotii esset tibi. erubuit. salua res est. Es. Dic sodes. pater ubi uero quid istic rei est. Mi. Nihil quidẽ. Amicus quidam me a foro aduxit modo huc aduocatum sibi. Es. Quid: Mi. Ego dicam tibi. Habitant hic quedam mulieres paupercule ut opinor: has non nosse te. & certe scio. quia non noscis eas. neq; enim est ꝗ huc diu conmigrarunt. Es. Quid tum postea: Mi. Virgo est cum matre. Es. perge. Mi. Hec uirgo orba est patre. hic meus amicus illi genere est proximus. huic leges cogunt nubere hanc. Es. perii. Mi. quid est. Es. Nihil recte. perge. Mi. Venit is ut secum deuehat. Nam habitat Mileti. Es. Hem uirginem ut secum uehat? Mi. Sic est. Es. Miletũ usq; obsecro. Mi. Ita. Es. Animo male est. quid ipse aiunt? Mi. Quid istas censes?

nihil enim cómenta mater est. esse ex alio uiro nescio quo puerú
natú:neq; eum nominat priorem esse illum nó oportere huic dari.
Es. Eho nonne hec iusta uidentur. Mi. Non. Es. Obsecro non?
an illam hinc abducet o pater? Mi. Quid illam ne abducat? Es.
Factú a uobis duriter ímisericorditerq;:atq; etiã pater si est dicẽ/
dum magis apte inliberaliter. Mi. Quãobrem? Es. Rogas me? illi
quid tandẽ creditis fori animi misero qui cú illa cósueuit prius:qui
infelix haud scio an illam misere núc amet. cum hanc uidebit sibi
presens. pñti eripi abduci ab oculis. facinus indignú o pater. Mi.
qua ratione istuc? quis despondit? quis dedit? cur? quando nupsit?
auctor his rebus quis est? cur duxit alienã? Es. An sedere oportuit
domi uirginẽ tam grandẽ. dú cognatus huc illinc ueniret expec/
tantẽ: hec mi pater dicere equm fuit & id defẽdere. Mi. Rediculú
aduersú ne illum causã dicerẽ cui uenerã aduocatus: Sed quid ista
Eschine nostra: aut quid nobis cum illis? abeamus. quid est? cur la/
chrimas? Eschi. Pater obsecro ausculta. Mi. Ah Eschine audiui
omnia & scio Nam te amo quo magis que agis cure sunt mihi. Es.
Ita uelim me promerentem ames dum uiuas o mi pater: ut me hoc
delictum admisisse in me id mihi uehemẽter dolet: & me tui pudet.
Mi. Credo hercle. nam ingenium noui tuú liberale: sed uereor ne
indiligẽs nimiú sies in qua ciuitate tandẽ arbitrare uiuere: uirginẽ
uitiasti:quã te ius nó fuerat tangere Iam id peccatú est magnum:
at humanú tamen. alii fecere sepe item boni. At postq̃ id euenit
cedo núqd circúspexisti? aut núqd tute ꝓspexisti? ubi qd fieret:
quomó fieret: si te mihi ipsú puduit dicere aliq̃ ratióe q̃ rescisserẽ.
hec dú dubitas menses abierút decẽ. ꝑdidisti te & illã miserã & gna/
tú qđ quidẽ in te fuit. quid credebas dormiẽti hec tibi cófecturos
deos: & illam sine tua opera in cubiculum iri deductã domú: nolim
ceterarum rerum te secordem. modo bono animo es duces uxorem
hanc. Eschi. Hem. Mi. Bono animo es inquam. Es: Pater obsecro
num ludis tu núc me? Mi. Ego te? quãobrẽ. Es. Nescio: nisi quia
tam misere hoc esse cupio: uerú ideo uereor magis. Mi. Abi domú:
ac deos comprecare ut uxorem accersas. Es. Quid iam ne uxorem
ducam: Mi. Iam. Es. Iam. Mi. Iam quantum potes. Es. Dii me
pater ónes oderint: ni magis te: q̃ oculos núc amo meos. Mi. quid?
q̃ illam? Es. Eque. Mi. Perbenigne. Es. quid uibi ille est melesius.
Mi. Abiit. periit. nauem ascendit. sed cur cessas Es. Abi pater tu
potius deos cómprecare. nam tibi deos certe scio: quo uir melior

multo: q̄ ego obtemperaturos magis. Mi. Ego eo intro ut que o/
pus sint parētur: tu fac ut dixi: si sapis. Es. Quid hoc est negotii?
hoc est patrem esse: aut hoc filium esse. si frater: aut sodalis esset:
qui magis morem gereret. hic non amandus. hiccine non gestādus
in sinu est? Hem itaq; adeo mihi magnam iniecit sua cōmodidate
curam. ne forte imprudens faciam quod nolit sciens cauebo. sed
cesso ire intro ne in mora meis nuptiis egomet siem.

Demea.

Efessus sum ambulando utinam Syre te cum tua monstra/
cione mangnus perdat Iupiter. perrectaui usq; ad omne op
pidum. ad portam. ad lacum. quo non? nec fabrica illic ulla erat:
nec fratrem homo uidisse se aiebat quisq̄. nunc uero domi certum
obsidere est donec redierit.

Demea. Mitio.

Bo illis dicam nullam esse in nobis moram. De. Sed eccum
ipsū. te iam dudum quero Mitio. Mi. quid nam? De. Fero
alia flagitia ad te ingentia boni illius adolescentis. Mi. Ecce autē
De. noua capi alia. Mi. Ohe iam. De. Ah nescis qui uir siet. Mi.
Scio. De. Ah stulte tu depsaltria me somnias agere hoc peccatū i
uirginē conciuem. Mi. scio. De. Eho scis: & patere. Mi. Quid ni
paciar. De. Dic mihi non clamas? non insanis. Mi. Non malim qdē
De. Puer natus est. Mi. Dii bene uertant. De. Virgo nihil ha/
bet. Mi. Audiui. De. Et ducenda indotata est. Mi. Scilicet. De.
Quid nunc futurum? Mi. Id enim quod res ipsa fert illinc huc
transferetur uirgo. De. O Iupiter istoccine Pacto oportet? Mi.
Quid faciam amplius. De. quid facias rogitas? si non ipsa re tibi
istuc dolet simulare certe est hominis. Mi. quin iam uirginem de/
spondi res composita est. fient nupcie: depressi metum omnem. hec
magis sunt hominis. De. Ceterum placet tibi factum Mitio. Mi.
Non. si queam mutare. nunc cum nequeo equo animo fero. Ita
uita est hominum quasi cum ludas texeris. Si illud quo maxime
opus est iactu non cadit. istud quod cecidit forte id arte ut corri/
gas. De. Corrector nempe tua arte uiginti mine pro Psaltria pe/
riere: que quantum potest aliquo abiciunda est. si non pretio:
salti uel gratis. Mi. Neq; est: neq; illam sane studeo uendere. De.
quid igitur facias? Mi. Domi erit. De. Proh deū fidem meretrix
& materfamilias erit una indomo. Mi. Curnon. De. Sanum ne
te esse credis? Equidem arbitror: De. Ita me dii ament ut uideo

tuam ego inertiam facturum credo ut habeas qui cum cantites.
Mi. Cur non? De. Et noua nupta eadem hec discet Mi Scilicet.
De. Tu inter eas restim ductitans saltabis. Mi. probe: & tu nobi/
scum una: si opus sit. De. Hei mihi non te hec pudent: Mi. Iam
uero omitte Demea tuam istanc iracundiam: atq; ita uti decet hi/
larē: ac lubētē te fac innati nuptiis. Ego hos conueniam. post huc
redibo. De. O Iupiter hancine uitam. hoscine mores. hanc demētiā
uxor sine dote ueniet. Intus Psaltria est: domus sūptuosa adolescēs
luxu perditus. senex delerās. ipsa: si cupiat: salus seruare prorsus
hanc familiam non poterit.

Syrus. Demea.

Depol Syrisce te curasti molliter: lauteq; munus admini/
strasti tuum. Abi. sed postq̄ intus omnium rerum satur pro
deambulare huc libitum est. De. Illud sis uide exemplū disciplinę:
Syr. Ecce autē hic adest senex noster. quid fit? quid tu es tristis?
De. Ohe scelus. Syr. Eho tu iam uerba fundis hic sapientia. De.
Iam tu si meus esses. Syr. Dis quidem esses Demea: ac tuam rem
cōstabilisses. De. Exemplū omnibus curarē ut esses. Syr. quāobrē.
quid feci? De. Rogas? in ipsa turba atq; in peccato maximo: qđ
uix sedatum satis est. potasti scelus: quasi re bene gesta. Sy. sane
nollem hunc exitum.

Dromo. Syrus. Demea.

Eus Syre rogat te Thesipho ut redeas. Syr. Abi. De. qd
Thesiphonē hic narrat? Syr. Nihil. De. Eho carnifex ē
Thesipho intus? Syr. Non est. De. Cur hic nominat? Syr. Est
alius quidam parasitaster: nostin? De. Iam scibo. Syr. Quid agis?
quo abis? De. Mitte me. Syr. Noli in quam. De. Non manus
abstines mastigia: An tibi mauis cerebrum dispergi hic? Abiit ede/
pol. commessatorem haud sane commodum presertim Thesiphoni.
Quid ego nunc agam? nisi dum he silescunt turbe. Interea in an/
gulum aliquo abeam. atq; obdormeam: hoc nulli. sic agam.

Mitio. Demea.

Arata a nobis sunt ita ut dixi Sostrata. ubi uis. quis nam
me pepulit fores tā grauiter? De. Hei mi qd faciā? qd clamē?
aut querā? O celū. o terraa. o maria Neptunni. Mi. Hem ubi
resciuit omnē rem. id nūc clamat scilicet parare lites. succurrendū
est. De. Eccum adest communis corruptela nostrorum liberum.

Mitio. Tandem reprime iracundiã: atq; ad te redi. De. Repossi redii. mitto maledicta omnia. rem ipsam putemus. dictum inter nos fuit: hoc ex te adeo ortum est. ne tu curares meũ: ne ue ego tuum. responde? Mitio. Factum est. non nego. De. Cur nunc apud te potat? cur recipis meũ? cur emis amicam Mitio? nunqd minus idem ius equum est esse: quod mecum est tibi: quando ego tuum non curo. ne cura meum. Mitio. Non equũ dicis. Demea. Non. Mitio. Nam uetus uerbũ hoc quidem est. communia esse amicorum inter se omnia. Demea. Facete. nunc demum istec oratio nata est. Mitio. Ausculta paucis: nisi molestũ est Demea. principio si id mordet sumptus filii. quem faciunt queso facito. hec tecũ cogites. tu illos duos olim pro re tollebas tua. eo q satis putabas tua bona ambobus fore & me tum uxorem credidisti scilicet ducturum. eandem illam rationem antiquam obtine: conserua: quere: parce: fac qplurimum illis relinquas. gloriã tu istam tibi obtine. Mea bona que preter spem euenere utantur sine. de summa nihil decidet. quod huic accesserit id de lucro pu/tato esse. Oĩa hec. si uoles: in animo cogitare Demea: & mihi & tibi: & illis dempseris molestiam. De. Mitto rem: consuetudinẽ ipsorum. Mi. Mane. scio. istuc ibam. multa in homine Demea signa insunt. ex qbus coniectura facile fit. duo cum idem faciũt sepe ut possis dicere hoc licet impune facere huic. illi non licet. Non q dissimilis res est: sed q is qui facit que ego in illis uideo ut confidam fore ita ut uolumus. uideo eos sapere. intelligere. loco uereri. inter se amare. scire. liberum ingenium: atq; animũ. quouis illos tu die reducas. At enim metuas: ne ab re sunt: tamen obmissiores paulo o noster Demea. alia etate. sapimus rectius. Solum unum hoc uitiũ senectus affert hominibus. Attentiores sumus ad rem omnes: q̃ sat est q illos sat etas acuet. Demea. Ne nimiũ bone modo tue iste nos ratiões Mitio. & tuus iste animus equus subuertant. Mitio. Tace. non fiet. mitte iam istec. da te hodie mihi. exporge frontem. De. Scilicet ita tempus fert: fa/ciundum est. ceterum rus cum filio prima cũ luce ibo hinc. Mi. Immo de nocte censeo hodie. modo hilarem te face. De. Et istã Psaltriam una hinc mecum abstraham illuc. Mi. Pugnaueris eo pacto prorsus illic alligaris filium modo facito ut illam serues. Dem. Ego istuc uidero. atq; illic fauille plena fumi ac pollinis coquendo: & molendo ut sit faxo preter hec meridie ipso faciam

ut stipulam colligat. tam excoctam reddam: atq; atram: q̄ carbo est. Mi. Placet nunc mihi uidere: sapere: atq; equidem filium: cum etiam si nolit cogas ut cum illa cubet. Demea. Derides fortunatus qui istoc animo sies ego sentio. Mi. Ah pergis ne. De. Iam iam desino. Mi. I ergo intro: & cui rei opus est ei rei hilarē hunc sumamus diem.

Demea. Syrus.

Vnq̄ ita quisq̄ bene subducta ratione ad uitam fuit quin res: etas: usus semper aliquid apportet noui: aliquid moneat: ut illa que te scire credas nescias: & que tibi putares prima: experiundo repudies: quod nunc mihi euenit. nam ego uitam duram qua uixi usq; adhuc prope iam excurso spatio mitto. id quamobrem re ipsa comperi. facilitate nihil esse homini melius: & clementia. id esse uerum ex me: atq; ex fratre. cuiuis facile est noscere. ille suam semper egit uitam in otio : in conuiuiis. clemens: placidus: nulli ledere: arridere omnibus sibi uixit. sibi sumptum fecit: omnes benedicunt. amāt. ego ille agrestis: seuus: tristis: parcus: truculentus: tenax. duxi uxorem quam ibi miseriā uidi. nati filii. alia cura. Porro autem dum studeo illis ut quā plurimum facerem contriui inquirendo uitam: atq; etatem meā. Nunc exacta etate hoc fructu pro labore ab his fero odium. Ille alter sine labore patria potitur commoda apud illum sunt. ambo illum amant: me fugitant. illi credunt consilia omnia. ego desertus sum. illum uiuat optant. meam autem mortem exspectant. Scilicet ita eos meo labore eductos maximo. ille fecit suos paulo sumptu. miseriam omnem ego capio. hic potitur gaudia. Age age nunc experiamur contra hec quid ego possem blande dicere: aut benigne facere. quando eo res prouocat ego quoq; a meis me amari: & magnipendi postulo: si id fit dando: atq; obsequendo. non posteriores feram deerit: id mea minime refert qui sum natu maximus. Syrus. Heus Demea rogat frater ne abeas longius. Demea. quis homo est? o Syre noster salue quid fit? quid agitur? Syrus. Recte. Demea. Optime est iam nunc hec tria primum addidi preter naturam. o noster quid fit: quid agitur: seruum: haud illiberalem prebes te. & tibi lubens bene faxim. Syrus. Gratiam habeo. Demea. Atqui Syre hoc uerum est: & ipsa re experiere prope diem.

Geta Demea.

Era ego hinc ad hos prouisam: q̃ mox uirginem accersant. Sed eccũ Demeam. saluus sies Demea. De. Oh qui uocare. Ge. Geta. De. Geta hominem maximi pretii te eẽ hodie iudicaui animo meo. Nam est mihi profecto seruus spectatus satis cui dñs cure est. ita ut tibi sensi Geta: & tibi ob eam rem si quid usus uenerit lubens bene faxim meditor esse affabilis: & bene procedit. Ge. Bonus es cum hec existimas. De. Paulatim plebem primulum facio mecum.

Eschinus. Demea. Syrus. Geta.

Occidunt me quidem nimis dum sanctas nuptias student facere in apparando totum consumũt diem. De. Quid agiẽ Eschine? Eschi. Hem pater mi tu ne hic eras? De. Tuus hercle uere animo: & natura pater: qui te amat plus: q̃ hosce oculos: sed cur non domum queso uxorem accersis? Eschi. Cupio uerum hoc mihi mora est tibicina. & hymineum qui canat. De. Eho ain tu huic seni auscultare. Esc. Quid? De. Missa hec turba hymineũ: lampades: tibicinas: atq; hanc ĩ horto materiã iube dirui: quantũ potes: hac transfer. unam fac domũ. Traduce & matrem & familiam omnem ad nos. Eschi. Placet pater lepidissime. De. Euge iam lepidus uocor fratris edes fient peruie. turbam domum abduceret: & sumptum admittet multum. quid mea? ego lepidus ineo gratiam. Iube nunc iam dinumeret ille Babyllo uiginti minas. Syre cessas ire: ac facere. Syr. Quid ago? De. Dirue materiam tu illam abi traduce. Ge. Dii tibi Demea benefaciant cũ te uideo nostre familie. tam ex animo factum uelle. De. dignos arbitror. quid ais tu? Eschi. Sic opinor. Ge. Multo rectius: q̃ illam puerperam hanc nunc duci ꝑ uiam egrotã. Eschi. Nihil enim melius uidi mi pater. De. Sic soleo: sed eccum Mitio egredere foras.

Mitio. Demea. Eschinus.

Vbet frater ubi is ẽ: tu ne iubes hoc Demea? De. Ego uero iubeo: & in hac re: & in omnibus aliis q̃ maxime facere unã nos hanc familiam colere: adiuuare: adiungere. Eschi. Ita queso pater. Mi. Haud aliter censeo. De. Immo hercle ita nobis decet. primum huius uxoris est mater. Mi. Quid postea? De. Proba: & modesta. Mi. Ita aiunt. De. Natu grandior. Mi. Scio. De. Parere iam diu hec per annos nõ potest: nec quid eam respiciat quis q̃ est. sola est. Mi. Quam hic rem agit? De. Hanc te equũ

est ducere: & te operam ut fiat dare. Mi. Me ducere autem? De.
Te. Mi. Me. De. Te inquam. Mi. Ineptis? De. Si tu sis homo
hic faciet. Eschi. Mi Pater. Mi. Quid tu huic Eschine auscul/
tas? De. Nihil agis. fieri aliter non potest. Mi. Deliras? Eschi.
Sine te exorē mi pater. Mi. Insanis? De. Age. da ueniā queso?
filio. Mi. Satin sanus? ego nouus maritus. anno demum quinto
& sexagesimo fiam. atq; anū decrepitā ducam. id ne estis autores
mihi? Eschi. Fac. promisi ego illis. Mi. Promisisti autem? de te
largitor sies puer. De. Age. quid si quid te maius oret? Mi. Quasi
hoc non sit maximū. De. Da ueniam. Mi. Ne grauare. De. Fac
promitte. Mi. Non omittis? Eschi. Non. nisi te exorē. Mi. Vis
est hec quidem. De. Age ꝑlixe Mitio. Mi. Etsi hoc mihi prauū:
ineptū: absurdum: atq; alienū a uita mea uidetur. si uos tantope
istuc uultis: fiat. Eschi. Bene facis. merito te amo. De. Verū quid
ego dicam? hoc cum fit quod uolo? quid nunc est? quid restat?
Egio est his cognatus proximus: affinis nobis pauper: bene nos
aliquid facere illi decet. Mi. Quid facere? De. Agelli est hic sub
urbe paululum quod locitas foris: huic demus qui fruatur. Mi.
Paululum id autem est? De. Si multum sit: faciundum tamen est.
ꝓ patre huic est. bonus est. noster est. recte datur. postremo non
meum illud uerbum facio: quod tu Mitio bene & sapienter dixti
dudum: uitium cōmune omnium est ꝙ nimium ad rem in senecta
attenti sumus. hanc maculā nos decet effugere. dictum est uere:
& ipsa re fieri oportet. Mi. Quid istuc? dabitur quidem: quando
hic uult. Eschi. Mi pater. De. Nunc tu mihi es germanus pariter
& corpe & aīo. Mi. Gaudeo. De. Suo sibi gladio hunc iugulo.

Syrus. Demea. Mitio. Eschinus.

Actum est quid iussisti Demea. De. Frugi homo es. Ego
Edepol hodie mea quidem sententia iudico Syrum fieri esse
equum liberum. Mi. Istunc liberum fieri? quod nam ob factum?
De. Multa. Syr. O noster Demea edepol uir bonus. ego istos
uobis usq; a pueris curaui ambos: sedulo docui. monui. bene ꝓcepi
semper que potui omnia. De. Res apparet: & quidem porro ob/
sonare: cum fide scortum aducere. apparare de die cōuiuium. nō
mediocris hominis hec sunt officia. Syr. O lepidum caput. Dem.
Postremo hodie in Psalteria istac emūda hic adiutor fuit: hic cu/
rauit omnia: prodesse equū est. alii meliores erunt. deniq; hic uult
fieri. Mi. Vin tu hoc fieri. Eschi. Cupio. De. Siquidem tu uis

Syre ebo accede huc ad me. liber esto. Syr. Bene facis. omnibus
gratiã habeo: & seorsum tibi preterea Demea. De. Gaudeo. Esc.
Et ego. Syr. Credo. utinam hoc perpetuũ fiat gaudium frigiã
ut uxorem meam una uideam liberam. De. Optimã quidem mu/
lierẽ. Syr. Et qdem tuo nepoti huius filio hodie primã mammã
dedit hodie hec. De. Hercle uero serio si primã qdem dedit haud
dubium est quin emitti equũ siet. Mi. Ob eam rem? De. Ob eã.
postremo a me argentum quanti est sumito. Syr. Dii tibi Demea
omnes semper omnia optata offerant. Mi. Syre processisti hodie
pulchre. De. Si quidem porro Mitio tu tuũ officium facies: atq;
huic aliquid paululum pre manu dederis unde utatur reddet tibi
cito. Mi. Istoc uilius est. De. Frugi homo est. Syr. Reddam
hercle. da mõ. Eschi. Age pater. Mi. Post cõsulam. De. Faciet.
Syr. O uir optime. Eschi. O mi pater festiuissime. Mi. Quid
istuc? que res tam repente mores mutauit tuos: quod proluuium:
que ista subita est largitas. De. Dicam tibi: ut id ostenderem: ꝙ te
isti facilem & festiuũ putant. Id non fieri ex uera uita: neq; adeo
ex equo & bono: sed assentando: indulgendo: & largiẽdo Mitio.
nũc aũt si ob eam rem uobis mea uita iuisa Eschine ẽ: quia non
ista iniusta oĩa prorsus omnino obsequor: missa facio: effundite:
emittite: facite quod uobis lubet. Sed id si uultis quod uos potius
propter adolescentiam minus uidetis: magis impense cupitis: cõsu/
litis parum: hoc reprehendere: & corrigere me: & obsecundare in
loco: ecce me habetis qui id faciam uobis. Eschi. Tibi patri pmit/
timus. plus scis quid opus est facto. Sed de fratre quid fiet. De.
Sino: habeat: in istac finẽ faciat. Esch. Istud recte. Ca. Valete
& plaudite Caliopius recensui.

Explicit Adelphe.

Incipit Hechira.

cta ludis Romanis. Sex. Iulio Cesare: Gneo Cornelio Edi/
libus curulibus. Non est peracta tota. Modos fecit Flaccus
Claudius tibiis paribus Gneo Octauio: Lucio Mallio cõsulibus.
Relata est iterũ ludis funebribus. Relata est tertio Quinto Ful/
uio: Lucio Marco Edilibus curulibus.

Argumentum.

Xorem duxit Pamphilus Philomenã. cui quõdam ignorans uirgini uitium obtulit: eiusq; per uim quẽ detraxit ãnulum dederat amice Bachidi meretricule. Deinde profectus in Imbrum est nuptam haud attigit. hanc mater utero grauidam ne id sciat socrus: ut egram ad se transfert. Reuertitur Pamphilus: deprehendit. partum celat. uxorem tamen recipere non uult. pater incusat Bachidis amorẽ: dum se purgat Bachis. ãulum mater uitiate forte agnoscit Mirrina. uxorem recipit Pamphilus cum filio.

Prologus.

Echira est huic nomen fabule. hec cum data est noua: nouũ interuenit uitiũ: & calamitas: ut neq; spectari: neq; cognosci potuerit: ita populus studio stupidus in funabulo animum occupat. Nunc hec plane est pro noua. & is qui scripsit hanc: ob eã rem uoluit iterũ referre: ut iterũ possit uendere: alias cognoscitis eius. queso hanc cognoscite. Orator ad uos cum ornatu prologi uenio. Sinite exorator sim: eodem ut iure uti senem liceat. quo iure sum usus adolescẽtior nouas q exactas feci: ut inueterascerẽt: ne cum postea scriptura euanesceret in his quas primũ cecilii didici nouas. Partim sum earum exactus: partim uix statui: quia sciebã dubiam esse fortunam scenicam. spe incerta certũ mihi laborem sustuli. easdem agere cepi: ut ab eodem alias discerem nouas studiose: me illum ab studio abducerem perfeci ut spectarentur. ubi sunt cognite: placite sunt. ita poetam restitui in locum prope iam remotum: iniuria aduersariorum astutia: atq; labore: atq; ab arte musica: qđ si scripturam spreuissem in presentia: & in detrahendo uoluissem operam sumere: in otio eẽt potius: q̃ in negotio: deterruissem facile ne alias scriberet. Nũc quid petam mea causa equo animo attendite. Hecbiram ad uos refero: quam mihi per silentiũ nunq̃ agere licitũ est: ita eam oppressit calamitas: eam calamitatẽ uestra intelligentia sedabit. si erit adiutrix nostre industrie. cum primum eam agere cepi. Pugilum gloria funabili eodem accessit expectatio. comitũ conuentus. strepidus. clamor mulierũ fecere: ut anta tempus exirem foras. uotum in noua cepi consuetudine in experiundo ut essem. refero denuo. primo actu placeo. cum interea rumor uenit datum in gladiatores populus conuolat: tumultuantur: pugnauit: clamat: de loco. ego interea meũ nõ potui

tutari locum. Nunc turba nulla est: ocium & silentiũ est. agendi tempus mihi datum est. Nobis datur potestas condecorandi ludos scenicos. Nolite sinere p uos artem musicam recidere ad paucos. Facite ut uestra autoritas mee auctoritati fautrix: adiutrixq; siet. si nunq̃ auare precium statui arti mee: & eum esse questum in animum induxi meum q̃ maxime seruire uestris cõmodis: sinite impetrare me qui in tutelam meam studium suum: & se in uostrã commisit fidem: ne eum circumuentum iniq; iniqui derideant. mea causa causam hãc accipite: ac date silentiũ ut lubeat scribere alias mihiq; ut discere nouas expediat posthac precio emptas meo.

Philotis. Syra. Lena.

Er pol q̃paucos repias meretricibus fideles euenire amatores o Syra: uel hic Pamphilus iurabat quotiẽs Bachidi q̃ sancte ut quis facile posset credere nunq̃ illa uiua uxorẽ ductuũ domũ. hem duxit. Syr. Ergo propterea te sedulo: & moneo: & hortor: ne cuiusq̃ te misereseat qui spolies: mutiles: laceres: quẽcunq; nacta sis. Phi. Vt eximium neminem habeam? Sy. Neminẽ. nam nemo quisq̃ illorum cito ad te uenit: quin ita preparet sese abs te ut blã/ditiis suis q̃ minimo precio suam uoluptatem expleat. Hisce ne tu amabo non econtra insidiabere? Phi. Tamen pol eandem iniuriũ est esse etiam omibus. Sy. Iniurium est autem ulcisci aduersarios: aut qua uia te captent illi: eadem ipsos capi? heu me miseram cur non aut istec mihi etas: & forma est: aut tibi hec sententia.

Parmeno. Philotium. Syra lena.

Enex si queret me modo isse dicito ad portum percontatum aduentum Pamphili. audin quid dicam Syre? si queret me uti tum dicas? si nõ queret nullus dixeris. alias ut uti possim causa hac integra. sed uideon ego Philotiũ: unde hec aduenit? Philotis salue multum. Phi. O salue Parmeno. Sy. Salue mi castor Par/meno. Par. Et tu Edepol Syra. dic mihi Philotis ubi te oblec/tasti tam diu? Phi. Minime equidem me oblectaui que cum milite Corinthum hinc sum profecta inhumanissimo: biennium ibi per/petuum misera illum tuli. Par. Edepol te desiderium Athenarum

arbitror Philotium cepisse sepe: & te tuũ consilium contempsisse. Phi. Non dici potest q̃m cupida eram huc redeundi: & abeundi a milite. uosq; hic uidendi antiqua ut consuetudine agitarẽ inter uos libere conuiuium. nam illic haud licebat: nisi prefinito loqui que illi placerent. Par. Haud opinor commode finem statuisse orationi militem. Phi. Sed quid hoc negocii est ꝑ modo que nar/rauit mihi istus Bachis? q; ego nunq̃ credidi fore ut ille hac posset uiua animũ inducere uxorem habere. Par. Habere autem? Phi. Eho tu an non habet? Par. Habet. sed firme he uereor ut sint nuptie. Phi. Ita dii: deeq; faxint. si in rem est Bachidis. Sed quid istuc credam ita esse dic mihi Parmeno? Non est opus prolato. hoc percõtarier desiste. Phi. Nempe ea causa ut ne id fiat palã? Ita me dii bene ament. haud propterea te rogo ut hoc proferam: sed ut tacita mecum gaudeam. Par. Nunq̃ tam dices commode: ut tergum meum tuam in fidem cõmittam. Phi. Ah noli Parmeno quasi tu non multo malis narrare hoc mihi: q̃m ego percontarier scire? Parm. Vera hec predicat: & illud mihi maxime est uitium. si mihi fidem das te tacituram dicam. Phi. Ad ingeniũ redis. fidem do. loquere. Par. Ausculta. Phi. Hic sum. Par. Hanc Bachidem amabat ut cum maxime tum Pamphilus: cumq; pater uxorem ut ducat curare occipit: & hec omnium communia que sunt patrum se senem esse dicere. Illum autem eẽ unicum presidium uelle se se/nectuti sue. Ille primo se negare: sed postq̃m acrius pater instat: facit animi ut incertus foret pudori: an ne amori obsequeretur magis tundendo: atq; odio. denicq; efficit senex. despõdit ei gnatã huius uicini proximi usq; illud uisum est Pamphilo ne uti q̃ graue donec iam in ipsis nuptiis postq̃m uidet paratas. Nec moram ullam quin ducat dari. Ibi demum ita egre tulit: ut ipsam Bachidem si adesset: credo ibi eius commiserescere. ubicunq; datum erat spatiũ solitudinis: ut mecum una colloqui posset Parmeno. perii: quid ego egi? in quod me conieci malum? non potero ferre hoc Par/meno. perii miser. Philo. At te dii: deeq; perdant cum isto odio Laches. Parm. Vt ad pauca redeam uxorem deducit domum. nocte ille prima uirginem non attigit. que consecuta est nox eam nihilo magis. Phi. Quid ais? cum uirgine una adolescens cubuerit plus potis se uirgine illa abstinere ut potuerit: nõ uerisimile dicis: neq; uerum arbitror. Par. Credo ita uideri tibi. nam nemo ad te

uenit: niſi cupienſ tui. Ille inuituſ illã duxerat. Phi. Quid deinde
fit? Par. Diebuſ ſane pauculiſ poſt Pamphiluſ me ſolum seducit
foraſ: narratq; ut uirgo ab ſe integra: & iam tum ſiet: ſeq; anteq̃m
eam uxorem duxiſſet domum. ſperaſſe eaſ tollerare poſſe nuptiaſ.
Sed poſtq̃ decreuerim me non poſſe diutiuſ habere. eam ludibrio
haberi Parmeno: quin integram itidem reddam ut accepi a ſuiſ.
neq; honeſtum mihi: neq; utile ipſi uirgini eſt. Phi. Pium: & pu/
dicum ingenium narraſ Pamphili. Par. Hoc ego ꝓferre incom/
modum mihi eſſe arbitror. reddi patri: aut cui tu nihil dicaſ uitii
ſupbum eſt. Sed illam ſpero ubi hoc cognouerit non poſſe ſe mecũ
eſſe: abituram deniq;. Phi. Quid interea? ibat ne ad Bachidem.
Par. Quotidie. Sed ut fit poſtq̃ hunc alienũ abeſſe uidet maligna
multo: & magiſ procax facta eſt illico. Phi. Non edepol mirum.
Par. Atq; ea reſ multo maxime diſiunxit illum ab illa: poſtq̃ &
ipſe ſequitur illam: & hãc que domi erat. cognouit ſatiſ ad exem/
plum ambarum moreſ earum exiſtimanſ. hec ita ut liberali inge/
nio eſſe decet. pudenſ: & modeſta: incommoda: atq; iniuriaſ omẽſ
uiri ferre: & tegere cõtumeliaſ. hic animuſ partim uxoriſ huiuſce
miſericordia deuictuſ. ptim uictuſ huiuſce iniuria paulatim elap/
ſuſ eſt Bachide: atq; huic tranſtulit amorem. poſtq̃ par ingenium
nactuſ eſt. interea in ymbro moritur cognatuſ ſenex horum. Ad
hoſ redibat lege hereditaſ. eo amantem inuitum Pamphilum ex/
trudit pater. reliquit uxorem cum matre hic. nam ſenex ruſ ad/
didit ſeſe. huc raro in urbem commeat. Phi. Quid adhuc habent
infirmitatiſ nuptie? Par. Nunc audieſ. primum dieſ compluſculoſ
bene conueniebat ſane inter eaſ. Interim miriſ modiſ odiſſe cepit
Soſtratam. neq; liteſ ulle inter eaſ: poſtulatio nunq̃. Phi. Quid
igitᵗ. Par. Si qñ ad eam acceſſerat confabulatũ fugere conſpectũ
illico uidere nolle. deniq; ubi non quiuit pati: ſimulat ſe a matre
accerſi ad rem diuinam. abit. ubi illic dieſ eſt complureſ accerſi
iubet. dixerunt cauſam tunc neſcio quam. Iterum iubet. nemo
remiſit. Poſtq̃m accerſunt ſepiuſ. egram eſſe ſimulant mulierem.
noſtra illico id uiſere. ad eam admiſit nemo. hoc ubi ſenex reſci/
uit. heri ea cauſa de rure huc aduenit. patrem continuo conuenit
Philomene. quid egerunt inter ſe non dum etiam ſcio: niſi ſane
cure eſt quorſum euenturum hoc mihi ſiet. Habeſ omnem rem.

pergam quo cepi hoc iter. Phi. Equidem ego. nam constitui cum quodam hospite me eē illum conuenturam. Par. Dii uertant bene quid agas. Phi. Vale Parmeno. Par. Et tu bene uale Philotiū.

Laches. Sostrata.

Rob deum: atq; hominum fidem. quod hoc genus est? & que est hec coniuratio? ut omnes mulieres eque eadem studeant. uelintq; omnia: neq; declinatam quicq̄ ab aliarum ingenio ullam reperias: atq; adeo uno animo omnes socrus oderunt nurus. Viris etiam aduersas esse eque studium est. similis pertinacia est. In eodem om̄es mihi uidentur ludo. docte ad maliciam: & ei ludo: si ullus est: magistram hanc esse satis certe scio. So. Me miseram nunc quamobrem accuser: nescio. La. Hem tu nescis? So. Ita me dii ament mi Laches. Itaq; una inter nos agere etatem liceat. La. Dii mala prohibeant. So. Meq; abs te immerito esse accusatā postmodum rescisses. La. Scio te immerito: an quicq̄ istis factis dignum de te dici potest. que me: & te: & familiam dedecoras. filio luctum paras. Tum autem ex amicis: inimici ut sint nobis affines: facis. qui illum decreuerunt dignum suos cui liberos committerēt. tu sola exorere que perturbes hec tua impudentia. So. Ego ne? La. Tu inq̄m mulier que om̄ino lapidem: non hominē putas. an quia ruri crebro eē soleo. nescire arbitramini quo quisq̄ pacto hic uitam uestram exigat: multo melius hic que fiunt: q̄ illic ubi sum assidue scio. Ideoq; ut uos mihi domi eritis. proinde ego ero pro fama foris. Iam pridem equidem audiui cepisse odium tui Philomenam: minimeq; adeo mirum. & ni id fecisset magis mirum foret. sed non credidi adeo ut & iam totam hanc odisset domum. Quod si scissem illa hic maneret: & potius tu hinc isses foras. At uide q̄m immerito egritudo hec oritur mihi abs te Sostrata. Rus habitatum abii concedens uobis: & rei seruiens. Sumptus uestros: otiumq; ut nostra res posset pati meo labori haud parcens: preter equum: atq; etatem meam. non te pro his curasse rebus ne quid egre etiam mihi. So. Non mea opera: neq; pol culpa uenit. La. Immo maxime sola hic fuisti. in te om̄is heret culpa sola Sostrata que hic erant curares. Cum ego uos solui curis ceteris cum puella

anum suscepisse inimicicias non pudet. illius dices culpa factum.
So. Haud equidem dico mi Laches. La. Gaudeo ita me dii ament
gnati causa. Nam de te quidem satis scio. peccando detrimēti nihil
fieri potest. So. Qui scis? an ea causa mi uir me odisse se assimula/
uerit: ut cum matre una plus esset. La. Quid ais? non signi sat est
ꝙ heri nemo uoluit uisentem te ad eam intromittere. So. Etenī
lapsam eam oppido tum aiebant. eo ad eam nō admissa sum. La.
Tuos esse illi mores ad morbum: magis q̄ ad ullam aliam rem ar/
bitror. & merito adeo eam uostrarum nulla est quin gnatū uelit
ducere uxorē. & que uobis placida conditio est: dat. Vbi duxere
impulsu uestro: uestro impulsu easdem exigunt.

Phidippus. Laches. Sostrata.

Tsi scio ego Philomena meum ius esse ut te cogam que ego
imperem facere: ego tamen patrio animo uictus: faciam ut
tibi concedam: neq; tue libidini aduersabor. La. Atq; eccum Phi/
dippum optime uideo. iam scibo ex hoc quid sciet. Phidippe: & si
ego meis me omnibus scio eē apprime obsequentem? sed non adeo
ut mea facilitas corrumpat illorū animos: quod si tu idem faceres
magis in rem & nostram: & uestram id esset: nunc uideo in illarum
potestate esse te. Phi. Eya uero. La. Adii te heri de filia ut ueni
itidem incertum dimisisti. haud ita decet si perpetuam hanc uis eē
affinitatem celare te iras: si quid est peccatum a nobis profer. aut
ea refellendo: haud purgando nobis corrigemus te iudice ipso.
Sin autem ea causa est retinendi apud uos: quia egra est te mihi
iniurias agere arbitror Phidippe. si metuis satis ut mee domi cu/
retur diligenter: at ita me dii ament: haud tibi hoc concedo: & si
illi pater es: ut tu illam saluā magis uelis: q̄ ego id adeo uolo gnati
causa: quem ego intellexi illam haud minus amare: q̄m se ipsum
magnifacare. neq; adeo clam me est: q̄ esse eum grauiter laturum
credam hoc si resciuerit. eo domum. studeo hec prius q̄m ille huc
redeat. Phi. Laches & diligentiam uestram: & benignitatem: quā
exhibetis erga meam filiam noui. & que dicis omnia esse ut dicis
animum iudico: & te mihi. hoc cupio credere illam ad uos redire
studeo. si facere possum ullo modo. La. Que res te id facere pro/
hibet. Eho nūquid nam accusat uirū? Phi. Minime. Nam postq̄
attendi magis: & ui cepi cogere ut rediret sancte adiurat nō posse

apud uos Pamphilo se absente pdurare. aliud fortasse aliud uitiū est. Ego sum animo leni natus. non possum aduersari meis. La. Hem Sostrata. So. Heu me miseram. La. Certum ne est istuc? Phi. Nunc quidem ut uidetur. sed nunquid uis aliud? nam est qđ me transire ad forum iam oportet? La. Ego tecum una.

Sostrata.

Depol ne nos sumus mulieres eque omnes inuise uiris ꝓpter paucas que omnes faciunt digne ut uideamur malo. nam ita me dii ament quod me accusat nūc uir: sum extra noxam. sed nō facile est excusatu: ita animum induxerunt socrus omēs eē iniq̃s. haud pol me quidem? nam nunq̃ secus habui illam. ac si ex me eēt nata: nec qui hoc mihi eueniat scio: nisi pol filiū multis modis iam expecto ut redeat domum.

Pamphilus. Parmeno. Mirrina.

Emini ego plura acerba credo esse ex amore homini nunq̃ allata: q̄m mihi. heu me infelicem. hanccine ego uitam parsi perdere. hancine causam ego erā tantope cupidus redeūdi domū. cui quāto fuerat prestabilius ubiuis gentium agere etatem: q̃ huc redire. atq; hec ita esse miserum me rescissere. Nam nos omēs qbus est alicunde aliquis obiectus labos omne quod est interea tempus prius q̃ id rescitum est: lucro est. Par. At sic qui te citius expedias ab his erumnis reperias. si non redisses. he ire facte essent multo ampliores. Sed nunc aduentum tuum Pamphile scio ambas reue/rituras. Rem cognosces. Iram expedies. rursum in gratia restitues. leuia sunt que tu pergrauia esse in animum induxisti tuum. Pa. Quid consolare me? an quisq̃ gentium est eque miser. prius q̃ hāc uxorem duxi habebam animum alibi amori deditum. Iam in hac re ut taceam cuiuis facilis scitu est q̄m fuerim miser: tamen nunq̃ ausus sum recusare eam quā mihi obtrudit pater. uix me illinc ab/straxi: atq; impeditum in ea animū expediui meum: uixq; huc cō/tuleram. Hem noua res orta est porro ab hac que abstrahat. Tū matrem ex ea re aut uxorem in culpa inuenturū arbitror. Quod cum ita esse inuenero: quid restat porro: nisi ut fiam miser? Nam matris ferre iniurias me Parmeno pietas iubet: cū uxore obnoxius sis. ita olim me suo ingenio pertulit tot meas iniurias que nunq̄m in ullo patefecit loco. Sed magnum nescio: qđ necesse ē euenisse Parmeno: unde ira inter eas intercessit: que tam permansit diu. Haud quidem hercle paruū est. si uis uero ueram rationē exequi

nom maximas: que maxime sunt interdum ire iniurias faciūt. Nā sepe est in qbus rebus alius ne iratus qdem est cum de eadem causa est iracūdus factus alter & inimicissimus pueri iter sese q̄ p leuibus noxis iras gerunt? quapropter est? quia enim qui eos gubernant animū infirmū gerūt. Itidem ille mulieres sunt ferme ut pueri leui sententia. Fortasse unū aliqđ uerbum inter eas iram hanc cōcita/uerit. Pam. Abi Parmeno ītro: ac me uenisse nuctia. Par. Hem quid hoc? Pam. Tace. Trepidas sentio: & cursari rursum. prsum age dum ad fores accede ꝓpius. Par. Hem sensistin? Pam. Noli fabularier ꝑ Iupiter clamorē audio. Par. Tute loqueris: me ue/tas? Mir. Tace obsecro mea gnata. Pā. Matris uox uisa ē Phi/lomene. nullus sum. Par. qd dum? Pam. qa perii. Par. quāobrē. Pam. Nescio qđ magnū malum ꝑfecto Parmeno me celarint. par. Vxorem philomenā pauitare sentio. nescio quid dixerunt. Id sibi fore est nescio. pam. Interii. cur non id mihi dixisti. par. quia non poteram una oīa. quid morbi est. par. nescio. pam. qd? nemo medicum adduxit. par. nescio. pam. cesso hinc ire intro: ut hoc q̄ primū quicqd est certū sciam. quo nam mō nūc philomena mea nunc te offendam affectam. nam si periculum ullum in te est periisse me una haud dubium est. par. non usus facto est me nūc. huc intro sequi. nam inuisos omnes nos esse illis sentio. heri nemo uoluit Sostratam ītro admitterre. si forte morbus amplior factus siet: qđ sane nolim maxima heri causa mei. Seruā illico introisse dicent Sostrate. aliquid intulisse cōmiscentur mali capiti: atq; etati eorum morbus qui auctus siet Hera in crimine ueni. & ego uero in magnū malum.

Sostrata. Parmeno. Pamphilus.

Escio qd iā dudum audio hic tumultuari misera. male metuo ne philomene magis morbus agrauescat. qđ te Esculapi: & te salus ne qd sit oro. num adeam uisam. par. Heus Sostrata. So. Hem. par. Iterum ex istinc excludere. so. Hem parmeno tum hic eras. perii. quid faciam misera. non uisam uxorem pamphili cū in proximo hic siet egra. par. non uisas: nec mittas quidem uisendi causa quenq̄. nam qui amat illum cui odio ipsus ē: bis facere stulte dico. laborem inanē ipsius capit. & illi molestiā affert. Tum filius tuus introit uidere ut uenit: quid agat. So. quid ais. An uenit pā/philus. par. Venit. so. Dis gratiā habeo. Hem istoc uerbo ani/mus mihi redut: & cura corde excessit. par. Iam ex ea te cā maxīe

nunc huc introire nolo. Nam si remittent quicpiam Philomenam dolores: omnem rem narrabit. scio cōtinuo sola soli que inter uos interuenit. Vnde ortū est initiū ire. Atq; eccū uideo ipm̄ egredi q̄ tristis est. So. Mi gnate. Pam. Mea mater salue. So. Gaudeo uenisse te saluū. Saluā Philomena est? Pam. Meliuscula est. So. Vtinā istuc dii faxint qd tu igit̄ lachrimas? aut quid es tā tristis? Pam. Recte mater. So. Quid tumulti? dic mihi an dolor repēte inuasit? Pam. Ita factum ē. So. quid morbi ē? Pam. Febris. so. quotidianan? pam. Ita aiunt. I sodes intro consequar iam te mea mater. so. Fiat. pam. Tu pueris curre parmeno obuiā: atq; his onera adiuta. par. quid? Non sciunt ipsi uiam domū qua redeāt. pam. Cessas. par. Minime.

Pamphilus.

Equeo mearū rez initiū ullum inuenire idoneū. Vnde ex/ordiar enarrare: que nec opinanti accidunt: ptimq; pspexi his oculis: ptimq; accepi ex auribus his. qua ppter me exanimatū citius eduxi foras. nā mō ītro ut corripui me timidus alio suspicās morbo me uisurum affectam ac sensi eē uxorem. Hei mihi postq̄ me aspexere ancille aduenisse: illico omnes lete simul exclamant: uenit id q me de repente aspexerant: sed cōtinuo uultū eaz sensi immutari omniū: qa tā incōmode illis fors obtulerat aduentū meū. Vna illaz forte iterea pcurrit ppere nūtians me uenisse. ego eius uidende cupidus recta cōsequor postq̄ introii extēplo eius morbū cognoui miser. nā neq; ut celari possit tēpus. spaciū ullum dabat: neq; uoce alia ac res monebat ipsa poterat cōqueri. postq̄ aspexi facinus indignū inq̄: & corripui illico me inde lachrimās incredibili re atq; atroci pcitus. mater consequit̄. Iā cū limē exirē ad genua accidit lachrimans misera. misertū est. pfecto hoc sic est: ut puto. oībus nobis ut res dāt sese ita sumus magni atq; humiles hāc habere orationē mecū a pncipio īstituit mi pamphile abs te q̄mobrem hec abierit causam. uides. nam uitiū oblatū ē uirgini olī ab quo nescio im pbo. nūc huc cōfugit: te atq; alios partū ut celaret suū. sed cū orata eius reminiscor nequeo qn lachrimē miser. queq; fors fortūa est inqt nobis que obtulit hodie. p eam te obsecramus ambe. si uis: si fas ē uti aduersa eius per te tecta: tacitaq; apd̄ omēs siēt. si nunq̄ apd̄ te aio eē amico sensi eam pāphile. sine labore hanc gratiā te uti sibi des illa nūc rogat. ceteꝫ de reducenda id facias qd̄ in rē sit tuam pturire eam: neq; grauidam eē ex te solus cōscius. nam aiūt

tecũ post duobus cõcubuisse eam mensibus: tum post q̃ ad te uenit
mensis hic agitur septimus. qđ te scire ipsa re indicat. Nũc si potis
es Pamphile maxmie uolo: doq; operam ut clam eueniat partus
patre: atq; adeo omĩbus. sed si fieri non põt qui sentiunt. dicam
abortum esse. scio nemini aliter suspectum fore quin ꝙ uerisimile
est ex te recte eũ putent cõtinuo exponet̃ hic tibi nihil ẽ incom/
modi: & illi misere indigne factã iniuriã contexeris. pollicitus sũ:
& seruare in eo certũ est quã dixi fidem. nã dc reducẽda id uero
neutiq̃m honestũ eẽ arbitror: nec faciã: etiã si amor me grauiter:
consuetudoq; tenet. lachrimo que posthac futura est uita. cum in
mentẽ uenit solitudo. o fortuna que nunq̃ es ꝑpetuo bona. Sed iã
prior amor me ad hanc rẽ exercitatũ reddidit: quẽ ego tuũ cõsilio
missum feci. Iidem nũc op am huic dabo. Adest cum pueris Par/
meno. hunc minime ẽ opus in hac re adesse. nam olim soli credidi
ea me abstinuisse in principio cum data ẽ. uereor si clamorẽ eius
hic crebro exaudiat ne parturire intelligat: aliquo mihi est hinc
ablegandus dum parit Philomena:

Parmeno. Sosia. Pamphilus.

In tu hoc tibi incommodum euenisse iter. So. Non hercle
uerbis Parmeno dici põt tm̃: q̃ re ipa nauigare incõmodum
est. Par. Ita ne est? So. O fortuna nescis quid mali ꝑteriis: qui
nunq̃ es ingressus mare. Nam alias ut omittam miserias: unã hanc
uide. dies triginta: aut plus eo in naui fui. cum interea semp ex/
pectabam mortẽ miser. Ita usq; aduorsa tẽpestate usi sumus. Par.
Odiosum. So. Haud clam me ẽ. deniq; hercle: aufugerim potius:
q̃ redeam: si eo mihi redeũdum sciam. Par. Olim quidem te cause
impellebant leues. Quod minitare facere: ut faceres Sosia. Sed
Pamphilũ ipm uideo stare ante hostiũ. Ite intro. ego hũc adibo.
si qđ me uelit. here etiã nũc tu hic stas. Pam. Eqdem te expecto.
Par. Quid ẽ? Pam. In arcẽ transcurso opus ẽ. Par. Cui homini?
Pam. Tibi. Par. In arcem qđ eo? Pam. Calidem idem hospitem
Miconiũ qui mecũ una aduectus est conueni. Par. Perii uouisse
hũc dicã ne si saluũ domũ redisset: unq̃ ut me ambulãdo rũperet.
Pam. quid cessas? Par. quid uis dicam? an conueniã modo? Pam.
Immo constitui me hodie cõuentuꝝ eũ nõ posse. & ne me frustra
illic expectet. uola. Par. At non noui hominis faciem. Pam. At
faciam ut noueris. magnus: rubicũdus: crispus: crassus: cesius. Par.
Cadauerosa facies. dii illum perdant. quid si nõ ueniat? maneã ne

usq; ad uesperum? Pam. Maneto curre. Par. Non queo: ita de/
fessus sum. Pam. Ille abiit. quid agam infelix prorsus nescio quo
pacto hoc celem: qd' me orauit Mirrina sue gnate partũ. Nam
me miseret mulieris. qd' potero faciam: tamen ut pietatem colam.
Nam me parẽti: potius q̃ amori obsequi oporteat. At eccũ Phi/
dippũ: & patrem uideo: horsum pgunt: qd dicã hisce incertus sũ.

Laches. Phidippus. Pamphilus.

Ixtin dudum illam expectare filium dixisse. Phi. Factum.
La. Venisse aiunt: redeat. Pam. quam causam dicam patri
quamobrem non reducam nescio. La. Quem ego audiui hic loq?
Pam. Certum est offirmare me quam decreui persequi. La. Ipsus
est de quo hec agebam tecũ. Pam. Salue mi pater. La. Salue mi
gnate. Phi. Bñfactum te aduenisse Pamphile: & adeo qd' maximũ
est saluum: atq; ualidum. Pam. Credit'. La. Aduenis modo. Pam.
admodum. La. Cedo quid reliquit Fannia consobrinus noster.
Pam. Sane hercle homo fuit uoluptati obsequens dum uixit: &
qui sic sunt haud multum heredem iuuant: sibi uero hanc laudem
relinquũt: uixit dum uixit bene. La. Tum tu igit' nihil attulisti
huc plus una sententia. Pam. Quicquid est id qd' reliquit: pfuit.
La. Immo obfuit: nam illum uiuũ & saluũ uellem. Pam. Impune
istuc optare licet. ille reuiuiscet iam nunq̃. & tamen utrum malis
scio. La. Heri Philomenam ad se accersi hic iussit. dic iussisse te.
Phi. Noli fodere latus: iussi. La. sed eã iam remittet. Phi. scilicet.
Pam. Omnem rem scio ut sit gesta: aduenienss audiui omnia mó.
La. At istos inuidos dii predant qui hec libenter nuntiant. Pam.
Ego scio me cauisse ne ulla merito contumelia fieri a nobis possit:
idq; si nũc memorare hic uelim q̃ fideli animo in illam clemẽti fui:
uere possũ. id te ex ipsa hec magis uelim resciscere: nãq; eo pacto
maxime apud te meo erit ingenio fides: cum illa que in me nunc
iniqua est: equa de me dixerit: neq; mea culpa id discidium deue/
nisse. id testor deos. sed quando indignã esse se deputat matri mee
cui concedat: cuiusq; mores tolleret sua molestia: neq; alio pacto
componi potest inter eas Grecia segreganda: aut mater a me est
Phidippe: aut philomena. nunc me pietas matris potius cõmodum
suadet persequi. La. pamphile haud iuito ad aures sermo accessit
tuus: cum te post putasse omnes res pro parente intelligo. uerum
uide impulsus ira praue insistas pamphile. pam. Quibus iris ĩpul/
sus nũc in illam iniquus sim que nunq̃ erga me quicq̃ cõmerita ẽ?

pater quod nollem: & sepe quod uellem meritã scio: amoq; laudo & uehementer desidero. nam fuisse erga me miro ingenio expertus sum: illiq; exopto ut reliquã uitam exigat cum eo uiro me qui sit fortunatior quando quidem illam a me distrahit necessitas. Phi. Tibi in manu est an ne fiat. La. Si sanus satis sies iube illam redire. Pam. Non est consilium pater. matris seruibo cõmodis. La. Quo abis mane? mane inquã. quo abis? Phi. que hec est ptinacia? La. Dixtin Phidippe hanc rem egre laturũ esse eum? quãobrem te orabam ut filiam remitteres. Pam. Nõ credidi edepol adeo inhumanũ fore. Ita nunc is sibi me supplicaturũ putat. si est ut uelit reducere uxorem licet. Sin alio est animo renumeret dotem huc eat. La. Ecce aũt tu quoq; proterue iracundus es. Phi. Percontumax redisti huc nobis Pamphile? La. Decidet iam ira hec: etsi merito iratus ẽ. Phi. quia paululum uobis accessit pecunie. sublati sunt animi. La. Etiam mecum litigas? Phi. Deliberet: denũcietq; hodie mihi uelit ne: an non ut alii si huic non fiet: fit. La. Phidippe addes: audi paucis abiit. quid mea? postremo ne ĩter se trãsigant ipsi ut lubet q̃n nec natus: nec hic mihi quicq̃ obtemperant. que dico paruipendunt. porto hoc iurgium ad uxorem: cuius hec fiunt consilio oĩa: atq; in eam hoc oĩe qđ mihi egre ẽ: euomã.

Mirrina. Phidippus.

Eri. quid agam? quo me uortem? quid uiro meo respõdebo misera? Nam audiuisse uocem pueri uisus est uagientis. Ita corripuit de repente tacitus sese ad filiam: quod si rescierit peperisse eam. Id pro qua causa me clam habuisse dicam nõ edepol scio. sed hostium concrepuit. Credo ipsum exire ad me: nulla sum. Phi. Vxor ubi me ad filiam ire sensit se duxit foras. atq; eccam uideo. quid ais Mirrina? Heus tibi dico. Mir. Mihi ne mi uir. Phi. Vir ego tuus sum? Tu ne uirum me: aut hominem deputas adeo esse? nam si utrũuis horum mulier unq̃ tibi uisus essem: non sic ludibrio tuis factis habitus forem. Mir. Quibus. Phi. At rogitas? peperit filia? hem taces? ex quo? Mir. Istuc patrem rogare ẽ equũ perii. ex quo censes peperisse eam: nisi ex illo cui data ẽ nuptũ obsecro? Phi. Credo: neq; adeo arbitrari patris est aliter. sed demiror quid sit: quãobrem tantopere hunc omnes nos celare uolueris partum: presertim cum recte: & tempore suo peperit. adeon peruicaci esse animo: ut puerum preoptares perire: ex quo firmiorem inter nos

fore amiciciã posthac scires? potius q̃ aduersum animi cui libidinẽ
esset cum illo nupta. Ego etiam illorum esse culpam hãc credidi:
que te est penes. Mir. Misera sum. Phi. Vtinam sciam esse istuc.
Sed nunc mihi uenit in mentem ex hac re ꝙ locuta es olim cum
illum generũ cepimus. Nam negabas nuptam filiam tuam posse
te pati cum eo qui meretricem amaret: qui pnoctaret foris. Mir.
Quãuis causam hunc suspicari: q̃ ipsam ueram uolo. Phi. Multo
prius sciui q̃ tu illum habere amicã Mirrina. Verũ id uitiũ nunq̃
decreui esse adolescẽtie. Nam id omĩibus innatũ est. At pol aderit
tempus se quoq; cum oderit. Sed ut olim te ostendisti eandem esse
nihil cessauisti usq; adhuc: ut filiam ab eo abduceres. Ne qđ ego
egissem esset ratum. id nũc indiciũ res hec facit: quo pacto factũ
uolueris. Mir. Adeon me esse peruicacẽ censes ei cui mater siem:
ut eo eẽm aio si ex usu esset nostro hoc matrimoniũ. Phi. Tu ne
prospicere: aut iudicare nostram in rem qđ sit: potes? audisti ex
aliquo fortasse qui uidisse eũ diceret exeuntẽ: aut introeuntẽ ad
amicã. qd postea? si modeste ac raro hoc facit. nõne dissimulare
nos magis humanũ est: q̃ dare operam id scire qui nos oderit. Nã
si ipse posset sese ab ea de repente euellere: qui cum tot asseuerit
annos. non eum hominẽ dicerem: nec uirũ satis firmũ gnate. Mi.
Mitte adolescentẽ obsecro: & que me peccasse ais. abi. solus solum
cõueni. roga uelit ne: an non uxorẽ si est ut dicat uelle se: redde.
Sin ẽ ut nolit recte consului mee. Phi. Siquidem ille ipse nõ uult:
& tu ĩ eo eẽ Mirrina sensisti peccatũ aderam cuius cõsilio fuerat
ea par prospici. quãobrem incendor ira te esse ausam facere hec
iniussu meo: ĩterdico ne extulisse puerũ extra edes usq; uelis. Sed
ego stultior meis dictis parere hanc qui postulem. ibo intro: atq;
ediam seruis ne quoq̃ efferri sinãt. Mi. Nullam pol credo mulierẽ
me uiuere miseriorem: nam ut laturus sit hoc: si ipsam rem ut siet:
resciuerit. non edepol clam me est cum hoc qđ leuius tam iracũdo
animo tulit: nec qua uia sentẽtia eius mutari possit: scio. hoc mihi
unũ ex plurimis miseriis reliquũ fuerat malum. si puerũ ut tollam
cogit. cuius nos pater qui sit: nescimus. nam cum cõpressa ẽ gnata
forma in tenebris nosci nõ quita ẽ: nec detractum ei tum quicq̃ ẽ
qui possit noscier: qui siet ipse eripuit ui in digito. quem hũc uir/
gini abiẽs ãulum. simul uereor Pãphilũ ne orata nostra nequeat
diutius celare: cum sciet alienum puerum tolli pro suo.

Sostrata. Pamphilus.

On clam me est gnate mi tibi me esse suspectā uxorem tuā propter mores meos hic abisse: etsi ea dissimulas sedulo. uerū ita me dii ament: itaq; obtingāt ex te que opto mihi ut nūq̄ scies cōmerui merito ut caperet illa odiū mei: teq; anteq̄ amare rebar ei rei firmasti fidem. nam mihi intus pater tuus narrauit modo quo pacto haberis me prepositā amori tuo. Nunc tibi me certū est contra gratiam referre: ut apud me premiū esse positū pietatis scias mi Pamphile. hoc & uobis: & mee fame cōmodum arbitror. ego rus habiturā hinc cum tuo me esse certe decreui patre ne mea presētia obstet: neu causa ulla restat reliqua quin tua Philomena ad te redeat. Pam. Queso qd consilii istuc est? illius stulticia uicta ex urbe tu rus habitatū migres nō facies: neq; sinam ut qui nobis mater maledictum uelit mea pertinatia dicat esse factum. haud tua modestia. tū tuas amicas: teq; tuas cognatas deserere. & festos dies mea causa nolo. So. Nihil pol iam iste mihi res uoluptatis ferunt dum etatis tempus tulit perfuncta satis sum. facies me iam tenet studiorum istorum. hec nunc mihi cura est maxima: ut ne cui mea longinquitas etatis obstet: mortem ne exoptet meam. hic uideo me inuisam immerito. tempus est cōcedere locum sic optime ut ego opinor: omnes causas precidam omnibus: & me hac suspiti/one exoluam: & illis morem gessero. Sine me obsecro hoc effugere uulgus. quod male audit mulierū. Pam. Quam fortunatus ceteris sum rebus absq; una hec foret. hanc matrem habens talem: illam autem uxorem. So. Obsecro mi Pamphile non tute incōmodam rem ut queq; est in animum inducas pati: si cetera ista sunt: ut tu uis itaq; ut ego esse illam existimo mi gnate. da ueniam hāc mihi. reduce illam. Pam. Ve misero mihi. So. Et mihi quidē. nam hec res non minus me male habet: q̄ te gnate mi.

Laches. Sostrata. Pamphilus.

Vem cum istoc sermonem haberis procul hinc stans accepi uxor istuc est sapere: qui ubicunq; opus sit animum possis flectere. quid faciundū sit post fortasse. idem hoc nunc si feceris. So. Fors fiet pol. La. Abi rus ergo hinc: ubi ego te. & tu me fe/res. So. Spero ecastor La. I ergo intro: & cōpone que simul tecū conferanē dixi. So. Ita ut iubes faciā. Pam. Pater. La. Quid uis Pamphile? Pam. Hinc abire matrem minime. La. Quid istuc ita uis? Pam. Quia de uxore incertus sum etiam quid sim facturus.

La. Quid est? quid uis facere: nisi reducere? Pam. Equidē cupio: & uix contineo. sed non minuam meum consiliū. ex usu quod est: id prosequar. Credo ea gratia concordes magis si non reducā fore La. Nescias. nequeas. uerū id tua refert nihil utrū ille fecerit qñ hec abierit. odiosa hec est etas adolescentulis. E medio equum est excedere. postremo nos iam fabule sumus Pamphile. senex: atq; anus. sed uideo Phidippum egredi per tempus accedam.

Phidippus. Laches. Pamphilus.

Ibi quoq; edepol sum iratus Philomena grauiter quidem. Nam hercle abs te factū turpiter: etsi tibi causa est de hac re mater: que te impulit. huic uero nulla est. La: Oportune te mihi Phidippe in ipso tempore ostēdis. Phi. quid est? Pam. Quid respondebo his: aut quo pacto hoc aperiam. La. Dic filie rus cō-cessuram hinc Sostratā ne uereatur minus: quo iam redeat domū Phi. Ah nullam de his rebus culpam cōmeruit uxor tua. a Mirri-na hec sunt mea uxore exorta omnia. mutatio fit. ea nos pturbat Laches. Pam. Dum ne reducam turbent porro quantum uelint. Phi. Ego Pamphile esse inter nos: si fieri potest: affinitatem. hāc sane perpetuam uolo. Sin est ut aliter tua sit sententia. accipias puerū. Pā. Sēsit pepisse: perii: occidi. La. Puerū quē puerū? Phi. Natus est nobis nepos: nam aducta a uobis pregnans fuerat filia: neq; fuisse pregnantem unq̃ ante sciui hunc diem. La. Bene ita dii me ament nuntias: & gaudio natum illum tibi: & illam saluam. sed quid mulieris uxorem habes? aut quibus moratā moribus. nos ce-latos ne hoc tam diu? nequeo satis q̃ hoc uidetur mihi factū praue proloqui. Phi. Non tibi illud factū minus placet. q̃ mihi Laches. Pam. Etsi iam dudum fuerat ambiguū: hoc mihi: nunc non est: cū eam prosequitur alienus puer. La. Nulla tibi Pamphile hic iam consultatio est. Pam. Perii. La. Hunc sepe uidere optabamus diē cū ex te esset aliquis qui te appellaret patrē euenit. habeo gratiā diis. Pam. Nullus sum. La. Reduc uxorē: ac noli aduersari mihi Pam. Pater si ex me illa uellet liberos sibi: aut se esse mecū nuptā satis certe scio: non clam me haberet que celasse intelligo. Hunc cum alienum eius a me esse animum sentiam neq; conuenturū inter nos posthac esse arbitror quamobrem reducam. La. Mater quod sua sit sua adolescens mulier fecit mirandum ne id est: censes ne te posse reperire ullam mulierem que careat culpa? an quia non re-linquūt uiri. Phi. Vos uidetis iam Laches: & tu Pamphile remissa

an opus sit uobis: an reducta domum uxor: quid faciat in manu non est mea. neutra in re uobis difficultas a me est. sed qd faciemus de puero? La. Ridicule rogas. quicquid futurũ huic suũ reddas scilicet: ut alamus nostrũ. Pam. Quem ipsa neglexerit pater ego alam. La. Quid dixti? an non alemus Pamphile? perdemus queso potius: que hec amentia est? enimuero prorsus iam tacere nequeo nam cogis ea que nolo ut presente hoc loquar. ignarũ cẽses tuaꝝ lachrymarũ esse me? aut quid sit hoc quod sollicitare ad hũc modũ primum hanc ubi dixti causam te propter tuam matrẽ non posse habere hanc uxorem domi pollicita est ea se concessuram ex edi/bus. Nunc postq̃ ademptam hanc quoq; tibi causam uides. puer quia clam te natus est: nactus alteram es. erras tui animi si me esse ignarum putas. aliquando tamen huc animum uolo ut adducas tuum: q̃ longum spatium amandi amicam tibi dedi: sumptus quos fecisti in eam q̃ equo animo tuli. Egi: atq; oraui te uxorem ut du/ceres. tempus dixi esse. impulsu duxisti meo: que tum obsecutus mihi: fecisti ut decuerat. nunc animum ad meretricem rursum in/duxisti tuum. cui tu obsecutus facis huic adeo iniuriam. nam in eandem uitam te reuolutum denuo uideo esse. Pam. Me ne? La. Te ipsum & facis iniuriam. cum fingis falsas causas ad discordiam ut tu cum illa uiuas testem hanc cum abs te amoueris: sensitq; adeo uxor. nã ei que alia causa fuit q̃obrem abs te abiecit. Phi. Plane hic diuinat. nam id est. Pam. Dabo iusiurandum nihil esse istorũ tibi. La. Ah reduc uxorem aut q̃obrem non opus siet cedo? Pam Non est nunc tempus. La. Puerum accipias. nam is quidem in culpa nõ est post de matre uideo. Pam. Omnibus modis miser sum nec quid agã scio. tot me nunc rebus miserũ concludit pater abibo hinc presens: quando promoueo parũ. nam puerum iniussu credo non tollent meo. presertim cum in ea re mihi sit adiutrix socrus. La. Fugis hem nec quicq̃ certi respondes mihi: num tibi uidetur esse apud sese? sine puerũ Phidippe mihi concede: ego alam. Phi Maxime non mirum fecit uxor mea: si hoc egre tulit: amare mu/lieres sunt. non facile hec ferunt. propterea hec ira est. Nam ipsa narrauit mihi. Id ego hoc presente nolebam dicere: nec illi crede/bam primo nunc uero palam est. nam omnino abhorrere huius animum uideo a nuptiis. La. Quid ego agam Phidippe: quid das consilii? Phi. Quid agatur: meretricem hanc primum adeundam censeo. oremus. accusemus grauius. deniq; minitemur. sic cum isto

habuerit rem postea. La. Faciam ut mones. Eho puer curre ad Bachidem hanc uicinam nostram huc euoca uerbis meis. & te porro oro in hac re adiutor sis mihi. Phi. Ad iam dudum dixi: idemq; nunc dico Laches manere affinitatem hanc inter nos uolo: si ullo modo est: ut possit: quod spero fore Sed uis ne adesse me una dum istam conuenis? La. Immo uero abi aliquam puero nutricem para.

Bachis. Laches.

On hoc de nihilo est ꝙ Laches nunc me coniunctam esse sibi expedit: nec pol me multum fallit quin quod suspicor sit qd uelit. La. Videndum est ne minus propter iram hanc impetrem q̃ possis: aut ne quid faciam plusq̃ post minus me fecisse satius. sic egrediar Bachis Salue. Bac. salue Laches. Credo edepol te non nihil mirari Bachis quid sit qua propter huc te foras puerum euocari iussi. Ba. Ego quoq; pol etiam timida sum cum uenit in mentem que sim ne mihi nomen questus obstet: nam mores facile tutor. Lac. Si uera dicis nihil tibi periculi est a me mulier. non iam etate ea sum ut non siet peccato mihi ignosci equum: quo mana omnes res cautius ne temere faciam accurro. Nam si nunc facis facturaue es bonas quod par est facere inscitum offerrem iniuriam tibi me immerenti iniquum est. Bac. Est magna ecastor gratia de istac re quam tibi habeam. Nam qui post factam iniuriam se expurgat parum mihi prosit. Sed quid istuc est? La. meum receptas filium ad te Pamphilum. Ba. Ah. La. Sine dicam. Vxorem hanc prius q̃ duxit uestrum amorem pertuli. Mane. nondum etiam dixi id quod uolui. hic nunc habet uxorem. nunc quere tibi firmiorem amicum dum tempus consulendi est. Nam neq; illis hoc animo erit: neq; tu eadem istac etate. Quis id ait? La. Socrus. Ba. me ne? La. Teipsam & filiam adduxit suam: puerumq; ob eam rem clam uoluit: qui natus est ex ea extinguere. Bach. Aliud si scirem qui firmaret apud uos fidem possem satiusq̃ iusiurandum id pollicerer tibi Laches segregatum habuisse ut uxorem duxit a me Pamphilum. La. Lepida es sed scin quid uolo potius sodes facias? Bac. Quid uis cedo? La. Eas ad mulieres huc intro: atq; istuc iusiurandum idem polliciare illis. exple animum his: teq; hoc crimine expedi. Bach. faciam. quod pol si alia esset ex hoc questu haud faceret scio: ut de tali causa nupte mulieri se ostenderet; sed esse falsa fama nolo gnatum suspectum tuum: nec leuiorem uobis: quibus est minime equum eum uiderier immerito. Nam meritus de me est ꝙ queam illi ut commodem. La.

Facilem: beniuolumq; lingua tua iam me tibi reddidit. Nam nō sunt sole arbitrate ee. ego quoq; etiam hoc credidi: Nunc autem cum te esse preter opinionem nostram comperi. fac eadem ut sis porro nostra utere amicitia ut uoles. aliter si facias. sed reprimam me ne egre quicq̄ ex me audias. Verum hoc te moneo unum qualis sim amicus: aut quid possim periculum facias: faciam sedulo.

Phidippus. Laches. Bachis.

Ibil apud me tibi de fieri patiar. quin quod opus sit benigne prebeatur. Sed cum tu satura: atq; ebria eris. puer ut satur sit facito. Lac. Noster socer uideo uenit. puero nutricem adducit. Phidippe Bachis adiurat persancte. Phi. Heccine ea est Lac. Hec est. Phi. Nec pol iste metuunt deos: nec has respicere deos opinor. Ba. ancillas dedo quo lubet cruciatu p me exquirere licet. hec res hic agat̄ Pamphilo me facere ut redeat uxor oportet. quod si perficio non penitet me fame. solā fecisse id quod alie meretrices facere fugitant. La. Phidippe nostras mulieres suspectas fuisse falso uobis in re ipsa inuenimus. porro hanc nunc experiamur. nam si compererit crimini tua se uxor falso credidisse: missam iram faciet. Sin autem est ob eam rem iratus natus peperit uxor clam: id leue est. cito ab eo hec ira abscedet. profecto in hac re nihil mali est. quod sit dignū discidio. Phi. Velim quidē hercle La. Exquire adest quod satis sit faciet ipsa. Bac. Faciam. Phi. Quid istec mihi narras. an quia non tute ipse dudū audisti de hac re animus meus ut sit Laches? illis modo expleuerim. La. Queso edepol Bachis quod mihi es pollicita tute ut serues. Ba. Ob eam rē uis ergo intro eam. La. I atq; exple animū uis id ut credant. Ba. Eo etsi scio meum conspectum fore inuisum pol his hodie. Nam nupta meretrici hostis ē a uiro ubi segregata est. La. At he amice erunt ubi quam ob rem aduenens rescissent: atq; easdem fore tibi amicas promitto rem ubi cognouerint. Nam & illas errore: & te simul suspitione exolues. Ba. Perii pudet Philomene me: sequimini me intro ambe. Lach. Quid est q̄ mihi malim q̄ quod huic intelligo euenire: ut gratiā ineat sine suo dispendio: & mihi prosit? nam si est ut hec nūc Pamphilum uere a se segregauerit. Sciat sibi nobilitatem ex eo: & rem nactam & gloriam esse refertam gratiā ei: unaq; simul nos sibi opera amicos iunget.

Parmeno. Bachis.

Depol nunc meam herus esse operam deputat parui pretu qui ob rem nullam misit frustra ubi totum desedi diem Miconium hospitem dum expecto in arcem Calidemidē. Itaq; ineptus hodie dum illic sedeo ut quisq; uenerat accedebam. adolescens dic dum queso es tu Micon? non sum. aut Calidemides? omnes negant neq; eum quemq̄ esse arbitror. Deniq; iam pudebat hercle. abii. sed quid Bachidem a nostro affine exeuntem uideo? quid huic hic est rei? Ba. Parmeno oportune te offers. propere curre ad Pamphilū Par. Quid eo? Ba. Dic me orare ut ueniat. Par. Ad te. Ba. Immo ad Philomenam. Par. Quid rei? Ba. Tua quidē nihil refert. percontari desinas. Par. Dicam nihil aliud. Ba. Etiam cognosse anulum illum Mirrinam gnate sue fuisse: quē ipsus mihi olim dederat Par. Scio. tantum ne id est? Ba. Tantum. aderit cōtinuo ubi hec ex te audierit. sed cessas? Par. Minime equidem. nam hodie mihi potestas haud data est ita cursitando: atq; ambulando totum hūc contriui diem.

Bachis.

Vantam attuli aduentu meo leticiam Pamphilo hodie quot cōmodas res attuli: quot autem ademi curas gnatum ei restitui qui pene harum ipsiusq; opera periit uxorem: quam nūq̄ ratus est post se habiturum: reddo. qua re suspectus suo patri: & Phidippo fuit exolui hic adeo his rebus anulus fuit initium inueniundis. Nam memini abhinc decem menses fere ad me nocte prima confugere anhelantem domum sine Comite uini plenum cum hoc anulo: extimui illico mi Pamphile inq̄. amabo quid es exanimatus obsecro: aut unde anulum istum nactus dic mihi. Ille alias res agere sese simulare postq̄ id uidi nescio quid suspicarier. magis cepi instare: ut dicat homo se fatetur ui in uia uirginem nescio quam compressisse: dicitq; sese illi anulum dum luctat detraxisse. eum hunc cognouit Mirrina in digito intus me habētem. Rogat unde sit? narro omnia. hec inde est cognitio facta Philomenam esse cōpressam ab eo: & filium inde hunc natum: hec tot propter me gaudia contigisse letor: & si hoc meretrices alie nolunt: neq; est in rem nostram ut quisq̄ amator nuptiis letetur. Verum ecastor nunq̄ animū questi gratia ad malas educam partes. ego: dum licitū est: usa sum benigno: & lepido: & comi. Incōmode mihi de nuptiis euenit factum fateor. At pol me fecisse arbitror. ne merito id mihi

euenirec. multa ex quo fuerint commoda: eius incómoda equum est ferre.

Pamphilus. Parmeno. Bachis.

Ide mi Parmeno etiam sodes ut mihi hec certa & clara attuleris: ne me in breue hoc conicias tempus gaudio hoc falso frui. Par. Visum est. Pam. Certe ne? Par. Certe. Pam. Deus sum si hoc ita est. Par. Verum reperies. Pam. Mane dum sodes timeo ne aliud credam: atq; aliud nunties. Par. Maneo. Pam. Sic te dixisse opinor. inuenisse Mirrinam Bachidem anulum suum habere. Par. Factú. Pam. Eum quem olim dedi ei: eaq; hec te mihi nuntiare iussit. ita ne est factum? Parme. Ita inq̃. Pam. Quis me fortunatior: uenustatisq; adeo plenior. ego ne te hoc nuntio quid donem quicq̃ nescio. Par. At ego scio. Pam. Quid? Par. Nihil ẽ. nam neq; in nuntio: neq; in me ipso tibi quid sit boni scio. Pam. Egon qui te ab orcho mortuum me reducere in lucem feceris sinã sine munere a me abire? Ah nimium me ingratum putas. Sed Bachidem eccam uideo stare ante hostium: me expectat credo. adibo Bac. Salue Pamphile. Pam. O Bachis mea: Bachis seruatrix mea Ba. Benefactum: & uolupe est. Pam. Factis ut credam facis antiquam adeo tuam uenustatem optines. ne uoluptati obsitus sermo aduentus tuus quocunq; adueneris semper fiet. Bac. At tu ecastor morem antiquum: atq; ingenium obtines. ut unus & hic hominum uiuat nunquam quisq̃ blandior. Pam. Ah ah he tu mihi istuc. Ba. Recte amasti Pamphile. uxorem tuam: nam nunq̃ ante hanc diẽ meis oculis eam q̄ nossem uideram. perliberalis uisa est. Pam. Dic uerum. Ba. Ita me dii ament Pamphile. Pam. Dic mihi harum rerum nũquid dixti iam patri? Ba. Nihil. Pam. Neq; opus est. ideo mutito. Ba. placet. non fieri hoc itidem: ut in comediis omnia omnes ubi resciscunt hi quos par fuerat resciscere sciunt: quos autem non scire equum est neq; resciscẽt neq; scient. Immo etiam qui hoc occultari posse facilius credo dabo. Mirrina ita Phidippo dixit iureiurando in eo se fidem habuisse: & propterea te sibi purgatum Pam. Optime est. speroq; rem euenturam nobis ex sententia. Par Here licet scire ne me ex te hodie qui sit: quid feci boni: aut quid istuc est qđ uos agitis? Pã. Nõ licet. Par. Tamen suspicor. egon hunc ab orcho mortuum. quo pacto? Pam. Nescis Parmeno q̃tũ hodie profueris mihi & ex quanta erumpna me extraxeris. Par. Immo uero scio: ne hoc imprudens feci. Pam. Ego istuc satis scio.

Par. An temere quicq̄ Parmenonem preterit: quod facto usus fiet? Pam. Sequere me intro. Par. Sequor equidem. Plus hodie boni feci imprudens: q̄ sciens ante hunc diem unq̄. Vos ualete: & plaudite. ego Caliopius recensui.

Explicit hechira.

Incipit Phormio.

cta ludis Romanis Lutio Postumio Albino. L. Cornelio merula edilibus currulibus Egere. L. Ambiuius turpinio. L Attilius Prenestinus. Modos fecit Flaccus Claudii filius Tibiis imparibus.

X duobus fratribus alter locuplex duxit locupletem uxorē. sustulit. alter pauperrimus duxit uxorem locupletem. & ex ea filium sustulit. pauper cum ageret negocia uxoris frequenter lemnium commeabat: ubi cum adamasset pauperculam quandam: sustulit ex ea filiam.

Argumentum.

Hremetis frater aberat peregre Demipho relicto Athenis Antiphone filio Chremes clam habebat Lemni uxorem: ac filiam. Athenis aliam coniugem: amantem unice natum fidicinam mater e Lemno aduenit Athenas. moritur. Virgo sola: aberat Chremes funus parat. Ibi eam uisam Antipho cum amaret opera parasiti uxorem accipit. pater & Chremes reuersi fremere: deinde minas triginta dant parasito ut illam coniugē haberet ipse. argēto hoc emitur fidicina. Vxorē retinet Antipho a patruo agnitam.

Prologus.

Ostq̄ poeta uetus poetam non potest retrahere a studio & tradere hominem in otium: maledictis deterrere: ne scribat: parat. q ita dictitat. quas antehac fecit fabulas tenui esse oratiōe: & scriptura leui. quia nunq̄ insanū scripsit adolescentem: Ceruam fugere uidere: & sectari canes: & eam plorare: orare ut subueniat sibi. quod si intelligeret cum stetit olim noua actoris opera magis stetisse q̄ sua: minus multo audaciter q̄ nunc ledit lederet: & magis placerent quas fecisset fabulas. Nūc si quis est qui hoc dicat: aut sic cogitet. Vetus si poeta non lacessisset prior: nullum inuenire prolongū potuisset nouū quem diceret: nisi haberet cui maledice/ret. Is sibi hoc responsū habeat in medio omnibus palmā eē positā

qui artem tractant musicã. Ille ad famem hunc studuit ab studio
reicere hic respondere uoluit non lacessere: benedictis si certasset
audisset bene: quod ipso oblatum est: sibi esse hoc relatum putet.
De illo iam finem faciã dicendi mihi peccandi cum ipse de se finem
non fecit. Nũc quid uelim animũ attendite. Apporto nouã Epi/
dicasomeon: quam uocant cõmediam greci: Latini phormionem
nominãt. quia ꝑmas partes qui aget is erit Phormio parasitus per
quẽ res geret: maxime uolũtas nostra si ad poetã accesserit. Date
operam. adeste equo animo per silentiũ. ne simul utamur fortuna
atq; usi sumus cum per tumultum noster grex loco motus est. quẽ
actoris uirtus nobis restituit locum: bonitasq; uestra auitans: atq;
equanimitas.

Dauus.

Micus meus sũmus: & popularis Geta heri ad me uenit. erat
ei de ratiuncula iam pridem apud me reliquũ pauxillulũ nũ/
morum: id ut conficerem confeci. affero: Nam herilem filium eius
duxisse uxorem audio: ei credo munus hoc corradit. q̃ inique cõ/
paratũ est ut hii qui minus habent: ut semper aliquid diuitioribus
addant. quod ille unciatim uix de dimenso suũ defraudans genium
compressit miser id illa uniuersum aripiet: haud estimans quanto
labore partum: porro autem Geta ferietur alio munere: ubi hera
pepererit. porro alio autem ubi erit puero natalis dies: ubi initiabiẽ
oĩe hoc mater auferet. puer causa erit mitũdi. Sed uideon Getã.

Geta. Dauus.

I quis me queret rufus. Da. Presto est. desine. Get. Oh. at
ego obuiam conabar tibi Daue. Da. Accipe. hem lectũ est:
conueniet numerus quantũ debui. Ge. Amo te: & non neglexisse
habeo gratiã. Da. Presertim ut nũc sunt mores: adeo res redit: si
quis quid reddit: magna habẽda est gratia. Sed quid tu es tristis?
Ge. Egon. nescis quanto in metu: quãto in periculo ego sum? Da
Quid istuc est? Ge. Scies modo. ut tacere possis. Da. Abi sis insciẽs
cuius tu fidem ĩ pecunia prospexeris: uerere ei uerba credere? ubi
quid mihi lucri est te fallere: Ge. Ausculta. Da. Hãc operam tibi
dabo. Ge. Senis nostri Daue fratrem maiorem Chremetem nosti?
Da. Quid ni? Ge. Quid eius natũ Phedriã? Tanq̃ te. Ge. Euenit
senibus ãbobus iter simul. illi in Lemnũ ut irec? & nostro in Siliciã
ad hospitẽ antiquũ. is senem ꝑ epistolã pellexit. mõ nõ mõtes auri
pollicẽs. Da. cui tãta res erat & sup erat? Ge. Desinas. sic ẽ ingeniũ

Da. O Regē me esse oportuit. Ge. Abeuntes ambo hic tum senes me filiis relinquūt quasi magistrū. Da. O Geta prouinciā cepisti duram. Ge. Mihi usu uenit. hoc scio memini: relinqui me deo irato meo. cepi aduersari primo. quid uerbis opus est? seni fidelis dū sum. scapulas perdidi. Da. Venere in mentem mihi istec nāque inscitia est aduersus stimulū calces. Ge. Cepi omīa his facere: obsequi que uellent. Da. Scisti uti foro. Ge. Noster mali nihil quicq̄ primo. hic Phedria continuo quandā nactus est puellam citaristiam. hāc amare cepit perdite. ea seruiebat lenoni impurissimo neq; erat qđ daret qcq̄. Id curarāt patres. restabat aliud nihil: nisi oculos pas/cere: sectari: in ludū ducere: & reducere nos ociosi operā dabamus Phedrie. in quo hic discebat ludo exaduersum ei loco Tonstrina erat quedam. hic solebamus fere plerūq; eam operiri. dum inde re/diret domū. Interea dū sedemus illic interuenit adolescens quidam lacbrymans. nos mirarier. Quid sit rogamus. Nunq̄ eque inquit ac modo paupertas mihi onus uisum est & miserū & graue. Modo quandam uidi uirginē huic uicinie suā matrē lamentarier mortuā. Ea sita erat ex aduerso. neq; illi beniuolens: neq; notus: neq; uici/nus: preter aniculam quisq̄ erat qui adiuuaret funus: misertum est. Virgo ipsa facie egregia. Quid uerbis opus est? cōmorat omnes nos. ibi continuo Antipho. Vultis ne eamus uisere Alius. censeo: eamus. duc nos sodes: Imus: puenimus: uidemus Virgo pulchra: & quo magis diceres: nihil aderat adiuuēti ad pulchritudinē. Capillus sparsus: nudus pes. Ipsa horrida. lachryme: uestitus turpis: ut ni uis boni ipsa inesset forma hec formam extinguerēt. Ille illā que amabat fidicinā tantūmodo satis scita inquit. noster uero. Da. Iā scio cepit amare. Ge. Sancti quā? quo euadit uide. postridie ad anū recta pergit. obsecrat ut sibi eius faciat copiam. Illa enim se negat. neq; eum equū facere ait illā Ciuē esse atthicā: illā bonam bonis ꝓgnatā. si uxorē uelit lege id licere facere. sin aliter negat noster quid ageret nescire: & illā ducere cupiebat: metuebat ab/sentē patrē. Da. Nū si redisset ei pater ueniā daret? Ge. Ille ne indotatā uirginē: atq; ignobilē daret illi? nunq̄ faceret. Da. Quid fit denīq;? Ge. Quid fit? Est parasitus quidā Phormio hō cōfidēs qui: illū omnes dii ꝑdant. Da. Quid ille fecit. Ge. Hoc consiliū qđ dicā dedit. lex est. Vt orbe puelle qui sint genere ꝓximi eis nu/bāt. & illos ducere: eadē hec lex iubet. Ego te cognatū dicā & tibi scribā dicam. paternū me dissimulabo: amicum uirginis ad iudices.

ueniemus qui fuit pater: que mater. qui cognata tibi. hec omnia confingā. quod erit mihi cōmodū: atq; bonū. cum tu horum nihil refelles unicā scilicet pater aderit. mihi parate lites. quid mea refert? illa quidē nostra erit. Da. O iocularē audaciā. Persuasit homini. factū est? uentum est uicimus duxit. Da. Quid narras? Ge. Hoc quod audis. Dauus. O Geta quid de te futurum est. Geta. Nescio hercle: unū hoc scio quod fors feret feremus equo aio. Da. Placet hem istuc uiri est officiū. Ge. In me omnis spes mihi ē. Da. Laudo Ge. Ad pcatorē ad eā: credo qui oret mihi. queso nūc omitte hūc. ceterum posthac si quicq̄ nihil precor tantummodo non addat. Vbi ego hinc abiero: uel occidito. Da. Quid pedagogus ille qui citaristiā amabat? quid rei gerit? Ge. Sic tenuiter. Da. Nō multū habet quid det fortasse. Ge. Immo nihil: nisi merā spē. Da. Pater eius rediit: an non? Ge. nondū. Da. Quid senē quo ad expectatis uestrū? Ge. Nō certū scio Sed epistolā ab eo allatam esse audiui mō: & ad portitores esse latā. hanc petā. Da. Nūquid Geta aliud me uis? Ge. Vt bn̄ tibi sit: puer heus. nemon prodit? cape. da hec Dortio.

Antipho. Phedria.

Deon rem redisse ut qui mihi consultū optime uelit esse Phedria patrē extimescā ubi in mentē eius aduentus uenit qui ni fuissē incogitās ita eū expectarē ut par fuit. Phe. Quid istuc est? An. Rogitas q tam audacis facinoris mihi cōscius sis: qđ utinā ne Phormioni id suadere in mentē incidisset neu me cupidum eo impulisset: quod mihi pricipiū est mali: nō potius eēm: fuisset tum illud mihi egre aliquot dies: at nō quotidiana cura hec ageret animū. phe. Audio. An. Dū expecto q̄ mox ueniat q hāc mihi adimet consuetudinē. Phe. Aliis quia desit quod cupiūt egre est. tibi quia supest doles amore abundas Antipho. nam tua quidē hercle uita certe hec expetenda: optādaq; est. Ita me dii bene ament: ut mihi liceat tam diu frui quod amo iam depecisci mortem cupio: tu conicito cetera. Quid ego ex hac inopia nūc capiā: & quid tu ex hac copia ut ne addā: quod sine sumptu ingenuā liberalē nactus es: quod habes ita ut uoluisti uxorē sine mala fama palā beatus: ni unū hoc desit animus qui modeste istec ferat quod si tibi res cum eo lenone sit: quo cū mihi est tu sentias. Itaq; pleriq; īgenio sumus omnes. nostri nosmet penitet. An. At tu mihi cōtra uidere fortunatus Phedria: cui de integro est potestas etiā cōsulendi quid uelis

retinere: amare: amittere. ego in eũ incidi locũ ut neq; mihi eius sic amittendi: nec retinendi copia. Sed quid hoc est uideon ego. Getã currentem huc aduenire. Ipsus est. hoc timeo miser quam hic nam nunc nunciet rem.

Geta. Antipho. Phedria.

